mr cviii mt cxciiii lc clii io ccxviiii Ihs aut intuitus eũ dilexit eum. et dixit illi;
Vnũ tibi deest; Vade quaecũq; habes uende &
da pauperibus. et habebis thesaurũ in caelo.
et ueni sequere me;
mr cviiii mt cxlv lc ccxx Qui contristatus in uerbo abiit merens. erat enĩ
habens possessiones multas; Et circũspiciens ihs.
ait discipulis suis · Quã difficile qui pecunias
habent in regnũ di introibunt. Discipuli aut
obstupescebant in uerbis eius; At ihs rursus
respondens ait illis; Filioli. quã difficile est
confidentes in pecunias. in regnũ di introire;
Facilius est camelũ p foramẽ acus transire. quã
diuitẽ intrare in regnũ di · Qui magis am
mirabantur. dicentes ad semet ipsos; Et quis

potest saluus fieri. Et intuens illos ihs ait;
Apud homines impossibile est. sed non apud dm̄;
Omnia enim possibilia sunt apud dm̄; Et cepit pe
trus ei dicere: Ecce nos dimisimus omnia. et se
cuti sumus te;
m̄ cx / m̄ cxcviii / l ccxxi Respondens ihs ait; Amen dico uobis. non est qui re
linquerit domū. aut fratres. aut sorores. aut
patrē. aut matrem. aut filios. aut agros ppt
me et ppt euangeliū. qui non accipiat centi
es tantū. nunc in tempore hoc. domus. et fr̄s.
et sorores. et matres. et filios. & agros. cū persecu
tionibus. et in seculo futuro uitā. eternam.
m̄ cxi / m̄ cxcviii / l clxxii Multi aut̄ erunt primi nouissimi. et nouissi
mi primi;
m̄ cxii / m̄ cc / l ccxxii Erant aut̄ in uia ascendentes hierosolimam.
et pcedebat illos ihs. et stupebant et sequen
tes timebant;
Et assumens iterum xii. cepit eis dicere que
essent ei uentura. quia ecce ascendimus hiero
solimā. et filius hominis tradetur principib;
sacerdotū. et scribis. et senioribus. et dapna
bunt eū morte; Et tradent eū gentibus. et

ludent ei. et conspuent. et flagellabunt.
et interficient eū. & die tertia resurget;
cxiij ccii Et accedunt ad eū iacobus & iohannes fi
lii zebedei. dicentes; Magister: uolumus
ut quodcūq; petierimus facias nobis; At ille
dixit eis; Quid uultis ut faciam uobis: At
dixerunt; Da nobis ut unus ad dexteram
tuam: & alius ad sinistrā tuam sedeamus
in gloria tua; Ihs aut ait eis; Nescitis quid
petatis; Potestis bibere calicē quē ego bibo:
Aut babtismū quo ego baptizor. baptizari:
At illi dixerunt ei; Possumus; Ihs aut ait eis;
Calicem quidē quē ego bibo bibetis: & baptis
mū quo ego babtizor babtizabimini. Se
dere aut ad dexterā meam uel ad sinistrā
non est meū dare uobis: sed quib; paratū est
cxiiii cciii cclx Et audientes x. ceperunt indignari de ia
cobo & iohanne; Ihs aut uocans eos. ait illis;
Scitis quia hi qui uidentur principari gen
tibus dominantur eis. et principes eorum
potestatē habent ipsorū: Non ita aut est
in uobis. sed quicūq; uoluerit fieri maior

erit uester minister. et quicumq; uoluerit
in uobis primus ēē. erit omniū seruus;
ii M cxv I cciiii L xcii Nam et filius hominis ñ uenit ut ministrare
tur ei. sed ut ministraret. et daret animā
suam redemptionē p multis; Et ueniunt
hiericho.
ii M cxvi I ccv L ccxxiiii Et proficiscente eo de hiericho et discipulis
eius. et plurima multitudine. filius timei
bartimeus cecus sedebat iuxta uiā mendi
cans; qui cū audiss& quia ihs nazarenus est.
cepit clamare & dicere; fili dauid ihu mise
rere mei; & comminabantur ei multi ut
taceret; At ille multo magis clamabat. fili
dauid miserere mei; Et stans ihs pcepit il
lum uocari. & uocant cecū dicentes ei;
Animequior esto. surge. uocat te; Qui proiec
to uestimento suo. exiliens uenit ad eum;
Et respondens ihs. dixit illi; Quid uis tibi faci
am. Cecus aut dixit ei; Rabboni. ut uide
am; Ihs aut ait illi. Vade. fides tua te saluū
ii M cxvii I ccvi L ccxxvii fecit; Et confestim uidit. et sequebat eū in uia.
Et cū adpropinquarent hierosolimę et Caplm. xi.

bethrthaniç ad montẽ oliuarũ. mittit du
os ex discipulis suis: et ait illis; Ite in castellum
qđ contra uos est: et statim introeuntes
illuc inuenietis pullũ ligatũ sup quẽ ne
mo adhuc hominũ sedit; Soluite illũ: &
adducite; Et si quis uobis dixerit quid fa
citis: dicite quia dño necessarius est: et con
tinuo illũ dimittet huc;
mt cxviii mc ccviii l ccxxxiii Et habeuntes inuenerunt pullũ ligatũ
ante ianuam foris in biuio: & soluunt eũ;
Et quidã de illic stantib; dicebant illis:
Quid facitis soluentes pullũ: qui dixerunt eis.
sicut pceperat illis ihs: et dimiserunt eis; Et
duxert pullũ ad ihm. inponentes illi uesti
menta sua: et sedit sup eum; Multi autẽ
uestimita sua strauert in uia: Alii autem
frondes caedebant de arboribus: & ster
nebant in uia:
mt cxviiii mc ccviiii l ccxxxiiii i c Et qui pibant et qui sequebantur: clama
bant dicentes; Osanna: benedictus qui ue
nit in nomine dni; Benedictũ quod uenit
regnũ patris nri dauid. osanna in excelsis;

ii mt cxx
mr cxxiiii

Et introiuit hierosolimā in teplum; & circū
spectis omib; cū iam uespera eēt hora. exiuit
in bethaniam cum duodecim;
Et alia die cū exirent a bethania; esuriit; Cūq;
uidisset a longe ficū habente folia; uenit si quid
forte inueniret in eā; Et cū uenisset ad eā; nihil
inuenit pter folia; Non enī erat tēpus ficorū;
Et respondens dixit ei; Jā non amplius in eter
num; quisquā fructū ex te manducet; Et
audiebant discipuli eius;

ii mt cxxi
mr ccxxi
lc ccxxxviii
io xxi

Et ueniunt hierosolimā; et cū introisset teplū;
cœpit eicere uendentes & ementes in teplo;
et mensas nummulariorū. et cathedras uen
dentiū columbas euertit; et nō sinebat ut quis
quā transferret uas p templū; et docebat eos
dicens eis; Nonne scriptū est. quia domus
mea domus orationis uocabitur omib; gen
tibus; Vos aut fecistis eā speluncā latronum.

ii mt cxxii
mr ccxx
lc ccxxxviiii
io ccxlii
io cclxi
lc lxxxv
io lxxxviii
io lxxxvii

Quo audito; principes sacerdotū. & scribæ.
querebant quomodo eū perderent; Time
bant enī eum; qm uniuersa turba ammi
rabatur super doctrina eius;

m̄ cxxiii Et cum uespera facta esset. egrediebatur
de ciuitate; Et cum mane transirent. uide
runt ficū aridā factā a radicibus; Et recor
datus petrus. dicit ei; Rabbi. ecce ficus cui
male dixisti aruit;

m̄ cxxiiii m̄ ccxv Et respondens ihs ait illis; Habete fidem dī; Am
dico uobis. quicūq; dixerit monti huic tol
lere & mittere in mare. et n̄ hesitauerit in
corde suo. sed crediderit quia qđ cūq; dixe
rit fiat. fi& ei;

m̄ cxxv m̄ ccxvi l̄ cl Propterea dico uobis; Omīa quęcūq; orantes
petitis credite quia accipietis. & uenient
uobis

m̄ cxxvi m̄ xliiii Et cū stabitis ad orandū. dimittite siquid
habetis aduersus aliquē. ut pat̄ ur̄ qui in
cęlis est. dimitt& uobis peccata uestra.

m̄ cxxvii m̄ ccxvii l̄ ccxl Et ueniunt rursus hierosolimā. et cū ambu
lar& in templo accedunt ad eū summi sacer
dotes. et scribe et seniores. et dicunt illi; In
qua potestate hęc facis. Et quis tibi dedit
hanc potestatē ut ista facias. Ihs aūt respon
dens. ait illis; Interrogabo uos & ego unum

celis ē dimittat uobis pc̄ca ur̄a. Qđ si uos nō
dimiseritis. nec pater uester qui in

uerbũ & respondete mihi. et dicã uobis in
qua potestate hęc faciam; Baptismũ iohan
nis de cęlo erat. an ex hominibus? Responde
te mihi; At illi cogitabant secũ dicentes; Si
dixerimus de celo: dicet nobis; Quare ergo
non credidistis ei? Si dicemus ex hominib;
timemus populũ; Omnes enim habebant iohan
nem. quia uere propheta eẽt; Et responden
tes dixerũt ad ihm; Nescimus; Respondens
ihs ait illis; Neque ego dico uobis. in qua po
testate hęc faciam. **Caplm xii.**

m cxxviii · L cxxiiii · L ccxli

Et cepit illis in parabolis loqui; Vineam pas
tinauit homo. et circũ dedit sepem. et fodit
lacũ. et edificauit turrim. et locauit eam
agricolis. et peregre pfectus est; & misit ad
agricolas in tẽpore seruum. ut ab agricolis
acciperet fructũ uinee. Qui apphensum
eũ ciciderunt. & dimiserunt uacuũ; Et ite
rũ misit ad illos aliũ seruũ. & illũ in capite
uulnerauerunt. & contumeliis affecerũt;
Et rursum aliũ misit. & illũ occiderunt.
et plures alios. quos dã cedentes. Alios uero

occidentes; Adhuc ergo unu habens filium
carissimu et illu misit ad eos nouissimu dicens.
quia reuerebuntur filium meum; Coloni aute
dixert ad inuice; Hic est heres. uenite occidamus
eum et nra erit hereditas. Et adphendentes eu
occiderunt & eiecert eum extra uineam;
Quid ergo faci& dns uineae? Veni& et pdet colo
nos & dabit uinea aliis; Nec scriptura hanc
legistis. lapidem que reprobauerunt aedifican
tes. hic factus est in caput anguli. a dno fac
tum est istud. et est mirabile in oculis nris.
Mr cxxxviiii Mt ccxx L ccxlii I lxxxviii
Et querebant eum tenere et timuert turba;
Cognouert eni qm ad eos parabola hanc dix
iss& & relicto eo abierunt XXXVIII
Mr cxxx Mt ccxxiii L ccxliii
Et mittunt ad eum quosda ex pharisaeis & he
rodianis ut eu caperent in uerbo; Qui ue
nientes dicunt ei; Magister scimus quia
uerax es & n curas quequam nec enim uides
in faciem hominis. sed in ueritate uiam di
doces. Lic& dari tributu caesari an non da
bimus? Qui sciens uersutia illoru ait illis.
Quid me tptatis? Adferte mihi denarium

ut uideam· At illi attulerunt ei; Et ait illis·
Cuius est imago hec. et superscriptio· Dicunt illi·
Cesaris; Respondens autem ihs dixit illis; Reddi
te igitur que sunt cesaris cesari· et que sunt
dei deo; Et mirabantur super eo; Et uenerunt ad eum
sadducei. qui dicunt resurrectionem non esse·
& interrogabant eum dicentes; Magister· moy
ses nobis scripsit. ut si cuius frater mortuus
fuerit· et dimiserit uxorem. et filios non reli
querit· accipiat frater eius uxorem ipsius·
et resuscitet semen fratri suo; Septem ergo fratres
erant· & primus accepit uxorem· & mortuus
est. non relicto semine· & secundus accepit
eam. & mortuus est. & nec iste reliquit semen·
et tertius similiter; Et acceperunt eam similiter
septem· & non reliquerunt semen; Nouissima
omnium. defuncta est & mulier; In resurrec
tione ergo cum resurrexerint· cuius de his
erit uxor· Septem enim habuerunt eam uxorem
Et respondens ihs ait illis; Nonne ideo erra
tis. non scientes scripturas. neque uirtutem
dei· Cum enim a mortuis resurrexerint. neque

nubent neque nubentur. sed sunt sicut angeli
in celis; De mortuis autem quod resurgant. non
legistis in libro moysi super rubum. quomodo
dixerit illi deus inquiens; Ego sum deus abraham.
et deus isaac. & deus iacob; Non est deus mortuo
rum. sed uiuorum; Vos ergo multum erratis;
cxxxvi vi ccxxiiii Et accessit unus de scribis qui audierat illos
conquirentes. et uidens quoniam bene illis respon
derit. interrogauit eum. quod esset primum
omnium mandatum; Ihesus autem respondit ei;
quia primum omnium mandatum est; Audi
israel. dominus deus tuus deus unus est; Et diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo; et ex tota anima
tua. & ex tota mente tua. et ex tota uirtute
tua; Hoc est primum mandatum; Secundum
autem simile est huic; Diliges proximum tuum
tamquam teipsum; Maius horum aliud non est
cxxxvii Et ait illi scriba; Bene magister in ueritate
dixisti. quia deus unus est. et non est alius preter
eum. & ut diligatur ex toto corde & ex
toto intellectu. & ex tota anima. & ex to
ta fortitudine. et diligere proximum

tam quam seipsum: maius est omnib; olocaus
tomatibus. & sacrificiis. Ihs audiens qd sa
pienter respondiss&: dixit illi Non es lon
II M cxxxiii ge a regno dī;
M ccxxvi L ccxliiii Et nemo iam audebat eum interrogare.
II M cxxxiiii Et respondens ihs dicebat. docens in templo: quo
M ccxxv L ccxlv modo dicunt scribę xpm filiū esse dauid. Ipse
enī dauid dicit in spū scō; Dixit dns dno meo.
sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos
scabellū pedum tuorū. Ipse ergo dauid dicit
eum dnm: et unde est filius eius: Et multa
turba eum libenter audiuit;
II M cxxxv M ccxxviii L cxlvi Et dicebat eis in doctrina sua; Cauete a scribis.
qui uolunt in stolis ambulare: et salutari in
foro: et in primis cathedris sedere in synagogis:
et primos discubitus in cenis
II M cxxxvi L ccxlvii Qui deuorant domos uiduarū sub obtentu
prolixe orationis: hi accipient plixius iu
ditium; Et sedens ihs contra gazo filatium.
aspiciebat quomodo turba iactar& aes in
gazo filatium: et multi diuites iactabant
multa; Cū uenisś& aut̄ una uidua pauper

misit duo minuta quod est quadrans. et conuocans
discipulos suos. ait illis; Amen dico uobis. quoniam uidua
hec pauper. plus omnibus misit quam miserunt in gazo
filatium; Omnes enim ex eo quod abundabat illis.
miserunt; hec uero de penuria sua omnia que
habuit misit totum uictum suum. Capitulum xiii.
mt cxxxvii mr ccxliii l ccxxvii ioh ccxlviii
Et cum egrederetur de templo. ait illi unus ex disci
pulis suis; Magister. aspice quales lapides. et
quales structure; Et respondens ihs. ait illi;
Vides has omnis magnas edificationes. Non relin
quetur lapis super lapidem. qui non destruatur
mt cxxxviii mr ccxliiii l ccxlviii
Et cum sederet in monte oliuarum contra templum.
interrogabant eum separatim petrus. et iaco
bus. et iohannes. et andreas; Dic nobis quando
ista fient. et quod signum erit quando hec omnia in
cipient consummari. Et respondens ihs. cepit
dicere illis; Videte ne quis uos seducat; Multi
enim uenient in nomine meo dicentes quia
ego sum. et multos seducent; Cum audieritis
autem bella et opiniones bellorum. ne timueri
tis; Oportet enim hec fieri. sed nondum finis; Exsur
get autem gens super gentem. et regnum super regnum.

et erunt terremotus ꝑ loca· et fames; Iniciū
dolorum hęc;
II mr cxxxviii mt lxxxvii l ccxliiii l ccl l cxlvi i cxli
Vidæte aut̄ uosmæt ipsos; Tradent aut̄ uos in con
ciliis· et in synagogis uapulabitis· et ante pre
sides & reges stabitis propt̄ me· in testimoniū illis;
II mr cxl mt ccxlvi
Et in omnes gentes primū oportæt ꝑdicare euangliū
II mr cxli mt lxxxviii l ccli i cxlviii
Et cū duxerint uos tradentes· nolite p̄ cogitare
quid loquamini· sed qđ datū uobis fuerit in
illa hora· id loquimini; Non enī estis uos loquen
tes· sed sps scs; Tradæt aut̄ frat̄ fr̄em in mortem·
& pat̄ filiū· et consurgent filii in parentes· et
morte adficient eos; Et eritis odio omnib; ꝓpt
nomen meum; Qui aut̄ sustinuerit in fine·
hic saluus erit;
II mr cxlii mt ccxlvii
Cum aut̄ uideritis abhominationē desolatio
nis stantē ubi ñ debæt· qui legit intelligat;
II mr cxliii mt ccxlviii l ccxiiii i ccliiii
Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes· &
qui sup tectum· ne descendat in domū· nec in
troeat ut tollat quid de domo sua; Et qui in
agro erit· ne reuertatur retro tollere uestimentū suū;
II mr cxliiii mt ccxlviiii l ccliiii
Vę aut̄ pregnantib; et nutrientibus· in il
lis diebus·

M cxlv / M ccl — Orate uero · ut hieme non fiant;
M cxlvi / M ccli / L cclv — Erunt enim dies illi tribulationes tales · qua
les non fuerunt ab initio creaturę quam con
didit deus usque nunc · neque fient;
M cxlvii / M cclii — Et nisi breuiasset dominus dies · non fuisset salua
omnis caro · sed propter electos quos elegit ·
breuiauit dies
M cxlviii / M cliii / L cciiii — Et tunc si quis uobis dixerit · ecce hic est xps ·
ecce illic · non credideritis ·
M cxlviiii / M ccliiii — Exsurgent enim pseudo xpi et pseudo prophe
tę · et dabunt signa et portenta ad sedu
cendos · si potest fieri etiam electos; Vos
ergo uidete · ecce predixi uobis omnia ·
M cl / M cclviii / L cclvii — Sed in illis diebus · post tribulationem illam ·
sol contenebrabitur · et luna non dabit splen
dorem suum · et stellę caeli erunt decidentes ·
et uirtutes quę sunt in caelis mouebuntur;
M cli / M cclviiii — Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in
nubibus · cum uirtute multa et gloria; Et
tunc mittet angelos suos · et congregabit
electos suos a quattuor uentis · a summo
terrę usque ad summum caeli; Sicut autem ·

discite parabolam; Cum iam ramus eius te-
ner fuerit et nata fuerint folia; cognoscatis
quia in proximo sit aestas; Sic et uos cum uide-
ritis haec fieri; scitote quod in proximo sit in os-
tiis; Amen dico uobis quoniam non transibit ge-
neratio haec; donec omnia fiant; Caelum et
terra transibunt; uerba autem mea non transibunt.
clii cclx De die autem illo et hora nemo scit. neque angeli
in caelo. neque filius. nisi pater;
cliii cclxii Videte. uigilate et orate; Nescitis enim quan-
do tempus est;
cliiii cclxviii Sicut homo qui peregre profectus reliquit do-
lxxxviii mum suam; et dedit seruis suis potestatem cuius-
que operis; et ianitori praecepit ut uigilet.
clv cclxvii lxlvi Uigilate ergo; Nescitis enim quando dominus ueniat;
Sero an media nocte; an galli cantu. an ma-
ne; Ne cum uenerit repente. inueniat uos dor-
mientes; Quod autem uobis dico. omnibus dico.
clvi cccxviii uigilate; Usque huc legitur in colloquio claustri. et post hoc legitur Capitulum xvi.
cclx lxx xlviii lxxvi Erat autem pascha et azima post biduum; Capitulum xiiii.
clvii cclxx Et quaerebant summi sacerdotes et scribae;
quomodo ihesum dolo tenerent et occiderent;

Dicebant enī; Non in die feſto· Ne forte tumul
tuſ fieret in populi;
mt. clviii / io. cclxxvi / l. lxxiiii / l. xcviii — Et cū eſſet in bethania in domo ſymoniſ lepſi
et recumberet; uenit mulier habenſ alabaſtrū
unguenti nardi ſpicati ꝓtioſi. et fracto ala
baſtro· effudit ſup caput eiuſ; Erant autē quidā
indigne ferenteſ intra ſemet ipſoſ· et dicenteſ
Vt quid ꝑditio iſta unguenti facta eſt· Poterat
enī unguentū iſtud uenundari pluſ quam
trecentiſ denariiſ. et dari pauperibuſ; Et fre
mebant in eam; Ihſ autē dixit; Sinite eam;
Quid illi moleſti eſtiſ· Bonū opuſ· operata eſt
in me; Semp enī pauipereſ habetiſ uobiſcum.
et cum uolueritiſ poteſtiſ illiſ bene facere;
Me autē· non ſemp habetiſ·
mt. clviiii / io. cclxxvii / l. xcviii — Quod habuit hęc fecit· preuenit unguere cor
puſ meū in ſepulturā· Amen dico uobiſ· ubicūq;
predicatū fuerit euuangeliū iſtud in uniuer
ſo mundo· et qd fecit hęc· narrabitur in me
moriam eiuſ·
mt. clx / io. cclxxviii / l. cclxii — Et iudaſ ſcariotheſ unuſ de duodecī· abiit ad
ſumoſ ſacerdoteſ· ut ꝓderet eum illiſ· Qui

audientes gauisi sunt. et pmiserunt ei pecuniā
se daturos; Et quęrebat. quomodo illū opor
tune traderet; Et primo die azimorū quan
do pascha immolabant. dicunt ei discipuli;
Quo uis eamus et paremus tibi ut manduces pas
cha? Et mittit duos ex discipulis suis. et dicit
eis; Ite in ciuitatē. et occurret uobis homo
laguenā aquę baiolans; Sequimini eum.
et quo cumq; introierit. dicite dno domus.
quia magister dicit; Ubi est refectio mea. ubi
pascha cum discipulis meis manducem? Et ip
se uobis demonstrabit cenaculū grande stra
tum. et illic parate nobis; Et abierunt disci
puli eius. et uenerunt in ciuitatē. et inuene
runt sicut dixerat illis. et pparauerunt pas
mt clxi
mt cclxxviii cha. Vespere autē facto. uenit cū duodecim;
l cxxi Et discūbentib; eis et manducantibus ait ihs;
Amen dico uobis. quia unus ex uobis me tradet
qui manducat mecum;
mt clxii
mt cclxxx At illi ceperunt contristari. et dicere ei singil
l cclviiii latim; Numquid ego?
io cxxii
mt clxiii
mt cclxxxi
l cclxviiii Qui ait illis; Unus ex duodecim. qui intingit

mecum manū in catino; Et filius quidem
hominis uadit. sicut scriptū est de eo. Vae
aut̄ homini illi. p quē filius hominis tradetur;
m̄ clxiiii ā cclxxxii Bonum erat ei. si non eēt natus homo ille;
m̄ clxv ā cclxxiiii l cclxvi l lxv Et manducantibus illis. accepit ihs panē &
benedicens fregit. et dedit eis & ait; Sumi
te. hoc est corpus meum;
m̄ clxvi ā cclxxxv l cclxv Et accepto calice. grās agens. dedit eis. et biberū
ex illo omīs; Et ait illis; Hic est sanguis meus no
ui testamenti. qui pro multis effundetur; Am
dico uobis. qđ iam n̄ bibam de genimine uitis.
usq; in diem illū cum illud bibā nouū in regno dī.
m̄ clxvii ā cclxxxvi Et hymno dicto. exierū in montē oliuarum
m̄ clxviii ā cclxxxvii l clii Et ait eis ihs; Omīs scandalizabimini in noc
te ista. quia scriptum est
Percutiam pastorē. et dispgentur oues; Sed m̄ clxviiii ā cclxxxviii
postea quā resurrexero. pcedā uos in galileam;
Petrus aut̄ ait ei; Et si omīs scandalizati fue m̄ clxx ā cclxxxviii
rint. sed n̄ ego; Et ait illi ihs; Amn dico tibi quia l cclxv l cxxvi
tu hodie in nocte hac. prius quā bis gallus uo
cem dederit. ter me es negaturus
m̄ clxxi ā ccxc At ille amplius loquebatur; Et si oportuerit

me simul cōmori tibi. non te negabo; Simi
liter aut̄ & om̄s dicebant;

mr clxxii mt cccxi lc cclxxxiii io clvi Et ueniunt in p̄dium cui nom̄ gethsemani.
et ait discipulis suis;

mr clxxiii mt cccxii Sedete hic. donec orem; Et adsumit petrū et
iacobum. & iohannē secum & cepit pauere
& tedere. & ait illis.

mr clxxiiii mt cccxiii lc clvii Tristis est anima mea. usq; ad mortē; Susti
nete hic. & uigilate mecum;

mr clxxv mt cccxiiii lc cclxxxi io clvii Et cū processisset paululum, p̄cidit sup̄ terrā.
et orabat. ut si fieri posset. transiret ab eo hora.
Et dixit; Abba pat̄. om̄a tibi possibilia sunt.
transfer calicem hunc a me.

mr clxxvi mt cccxv lc cclxxxii io clvii Sed non quod ego uolo. sed quod tu; Et ue
nit et inuenit eos dormientes; Et ait petro;
Simon dormis. n̄ potuisti una hora uigilare.

mr clxxvii mt cccxvii lc cclxxx lc cclxxxiii Vigilate & orate. ut non intretis in temp
tationem.

mr clxxviii mt cccxviii io clxx Sp̄s quidē p̄ptus est. caro uero infirma;

mr clxxviii mt cccxviii Et iterū abiens. orauit eundem sermonem
dicens; Et reuersus denuo. inuenit eos dormi
entes; Erant enī oculi illorum grauati. T

et ignorabant quid responderent ei;
mr clxxx mt cccxxviiii l c iiii Et uenit tertio. et ait illis; Dormite iam. et requi
escite; Sufficit; Venit hora. ecce tradetur filius
hominis in manus peccatorum; Surgite. eamus;
Ecce qui me tradet. prope est;
mr clxxxi mt ccc l cclxviii l clviii Et adhuc eo loquente. uenit iudas scarioth unus
ex duodecim. et cum eo turba multa cum gladiis
et lignis a summis sacerdotibus. et a scribis
et a senioribus;
mr clxxxii mt ccci l cclxxxvi Dederat autem traditor eius signum eis. dicens;
Quemcumque osculatus fuero. ipse est. tenete eum
et ducite caute; Et cum uenisset. statim accedens
ad eum. dixit; Rabbi. et osculatus est eum; At illi
manus iniecerunt in eum. et tenuerunt eum;
mr clxxxiii mt cccii l cclxxxvii l clx Unus autem quidam de circumstantibus educens
gladium. percussit seruum summi sacerdotis.
et amputauit illi auriculam;
mr clxxxiiii mt ccciiii l ccxxxviii l clxx Et respondens ihs. ait illis; Tamquam ad latronem
existis cum gladiis et lignis comprehendere me;
Cotidie eram apud uos in templo docens. et non me
tenuistis. sed ut impleantur scripturae;
mr clxxxv mt cccv Tunc discipuli eius relinquentes eum. omnes fugerunt

ii M clxxxv / M cccv Adoleſcenſ aut̄ quidā ſequebatur eū. amictus
ſindone ſup nudo. et tenuerunt eum; At ille
reiecta ſindone. nuduſ profūgit abeis·

ii M clxxxvi / M cccv / L cc xc / L clxii Et adduxerunt ihm adſummū ſacerdotē.
et conuenerūt om̄ſ ſacerdoteſ et ſcribae et
ſeniores;

ii M clxxxviii / M cccvii / L clxiii Petruſ aut̄ alonge ſecutuſ eſt eū. uſq; intro in
atriū ſummi ſacerdotiſ; & ſedebat cū miniſ
triſ. et calefaciebat ſe adignem;

ii M clxxxviii / M cccviii / L cccv Summi uero ſacerdoteſ et omē concilium
querebant aduerſuſ ihm teſtimoniū ut eū
morti traderent. nec inueniebant;

Multi enī teſtimoniū falſū dicebant aduer
ſuſ eū. et conuenientia teſtimonia n̄ erant·

M cxc / M ccc viiij Et quidā ſurgenteſ. falſū teſtimoniū ferebāt
aduerſuſ eum dicenteſ; Qm̄ nos audiuimuſ
eū dicentē; Ego diſſoluam tēplum hoc ma
nufactū. et p triduū aliud n̄ manu factū
aedificabo; Et n̄ erat conueniens teſtimo
nium illorum;

Et exſurgenſ ſummuſ ſacerdoſ in medium.
interrogauit ihm dicenſ; Non reſpondeſ

quicquā ad ea que tibi obiciuntur ab his?
Ille autē tacebat. & nihil respondit; Rursum
summus sacerdos interrogabat eū. et dicit ei;
Tu es xp̄s filius dei benedicti?
m̄r cxci m̄t cccx l ccxvii i lxviii Ih̄s autē dixit illi; Ego sum; Et uidebitis fili
um hominis a dextris sedentē uirtutis. et
uenientem cū nubibus caeli.
m̄r cxcii m̄t cccxi Summus autē sacerdos. scindens uestimenta
sua ait;
m̄r cxciii m̄t cccxv l ccxcviiii Quid adhuc desideramus testes? Audistis
blaspemiam. quid uobis uidetur? Qui omnes
condempnauerunt eū esse reum mortis;
m̄r cxciiii m̄t cccxiii l ccxciiii i clxiiii Et coeperūt quidā conspuere eū. et uelare faciem
eius. et colaphis eū caedere. et dicere ei; Pro
phetiza; Et ministri. alapis eū caedebant;
m̄r cxcv m̄t cccxvii l ccxciii i clxii Et cum esset petrus in atrio deorsum. uenit
una ex ancillis summi sacerdotis. et cum
uidisset petrū calefacientē se. aspiciens illū
ait; Et tu cū ih̄u nazareno eras. At ille ne
gauit dicens; Neque scio. neque noui quid dicis
m̄r cxcvi m̄t cccxvi l ccxcii i clxvi Et exiit foras ante atrium. & gallus canta
uit; Rursū autē cū uidisset illū ancilla.

cepit dicere circũstantibus. quia hic ex illis
est; At ille iterũ negauit; Et post pusillũ. rur
sus qui adstabant dicebant petro; Vere ex il
lis es; Nã & galileus es. Ille autẽ cepit anathe
matizare & iurare quia nescio hominem
istũ quem dicitis; Et statim iterum gallus
cantauit;

mt ccxcvii Et recordatus est petrus uerbi qđ dixerat ei
io cccxvi ihs. priusquã gallus cantet bis ter me nega
l ccxcii bis. & coepit flere. Capitulum xv.

mt ccxcviii Et confestim mane consiliũ facientes summi
io cccxvii sacerdotes cũ senioribus & scribis & uniuerso
l ccxcv concilio. Vincientes ihm. duxerunt et

mt ccxcviiii
io cccxviii tradiderunt pilato;
l ccc
l clxxvi Et interrogauit eũ pilatus; Tu es rex iudeorum?
mt cc
io cccxx At ille respondens. ait illi; Tu dicis;
l cccii
l clxvii Et accusabant eũ summi sacerdotes in multis;
mt ccci Pilatus autẽ. rursũ interrogauit eũ dicens;
io cccxxi
l clxxx Non respondes quicquã? Vides in quantis te
accusant? Ihs autẽ amplius nihil respondit.
mt ccii ita ut miraretur pilatus;
io cccxxii
l cccviiii Per diem autẽ festũ. dimittere solebat illis.

unum ex uinctis quęcumq; petissent;

II mr ccIII / mt cccxxIII / L clxxxIIII
Erat aut qui dicebatur barrabas. qui cū sedi
ciosis erat uinctus. qui in seditione fecerat
homicidium; Et cū accessiss& turba. coepit
rogare sicut semp faciebat illis; Pilatus aut.
respondit eis et dixit. Vultis dimittā uobis
regem iudęorum. Sciebat eni. quod p inui
diam tradidissent eū summi sacerdotes.

II mr ccIIII / mt cccxxv / L cccx / I clxxxIIII
Pontifices aut concitauert turbam. ut ma
gis barraban dimitter& eis;

II mr ccv / mt cccxxvI / L cccxI / I clxxxvIII
Pilatus aut. iterū respondens ait illis; Quid er
go uultis faciam regi iudeorum. At illi cla
mauert; Crucifige eum; Pilatus uero dice
bat eis. Quid eni mali fecit. At illi magis cla
mabant; Crucifige eum;

V mr ccvI / mt cccxxvIII / L cccxIIII / I cxcvI
Pilatus aut uolens populo satisfacere. dimi
sit illis barraban. & tradidit ihm flagellis
caesum. ut crucifigeretur;

II mr ccvII / mt cccxxvIII / L clxxv / I clxxxvII
Milites aut duxerunt eū intro in atriū prę
torii. & conuocant totam cohorte. & indu
unt eū purpura. et inponunt ei plectentes
spineam coronā. et coepert salutare eum

Haue. rex iudęorū; Et pcutiebant caput eius
arundine. et conspuebant eū. et ponentes
genua adorabant eum.
mr ccviii mt cccxxx Et postquā inluser̄t ei. exuerunt illū
purpura. et induer̄t illū uestimentis suis.
et educunt illum ut crucifigerent;
mr ccviiii mt cccxxxi l cccxv io cxcvii Et angariauer̄t pretereuntē quēpiam symo
nem cireneū uenientē deuilla patrē alex
andri. & rufi. ut tolleret crucem eius;
mr ccx mt cccxxxii l cccxviii io cxcvii Et pducunt illum in golgotha locum. qđ est
interptatum caluariae locus.
mr ccxi mt cccxxxiii l cciii Et dabant ei bibere murratū uinū & n̄ accepit.
mr ccxii mt cccxxxiiii l cccxxi io cci Et crucifigentes eum. diuiser̄t uestimenta eius.
mittentes sortē sup eis quis quiđ tolleret;
mr ccxiii Erat autē hora tertia & crucifixerunt eum;
mr ccxiiii mt cccxxxv l cccxxiiii Et erat titulus causae eius inscriptus. rex
iudaeorum;
mr ccxv mt cccxxxvi l cccxvii io cxcviii Et cū eo crucifigunt duos latrones. unum a
dextris. et alium a sinistris eius.
mr ccxvi mt cc lxxvii Et adimpleta est scriptura quę dicit. et cum
iniquis reputatus est;
mr ccxvii mt cccxxxvii Et ptereuntes. blaspemabant eū. mouentes

capita sua et dicentes; Vah qui destruit
templū et in tribus diebus reaedificat
saluum fac temet ipsū. descendens de cruce;
M ccxxviii Mt cccxxxviii L cccxxii Similiter & summi sacerdotes ludentes ad
alterutrū cū scribis dicebant; Alios saluos
fecit. se ipsum non potest saluum facere. xps
rex isrl descendat nunc de cruce. ut uidea
mus et credamus;
M ccxxx Mt cccxxxviiii L cccxxv Et qui cū eo crucifixi erant. conuiciabantur
ei; Et facta hora sexta. tenebrae factae sunt per
totam terram usque in horam nonam;
M ccxxxi Mt cccxl Et hora nona. exclamauit ihs uoce magna
dicens; heloy. heloy. lama sabacthani;
Quod est interpretatum; Ds ms. ds ms. ut quid de
reliquisti me? Et quidam de circumstantibus
audientes dicebant; Ecce heliam uocat;
M ccxxxii Mt cccxlii L cccxxiii Currens autē unus. et implens spongiam aceto.
circumponensq; calamo. potū dabat ei dicens;
Sinite uideamus. si ueniat helias ad deponen
dum eum;
M ccxxxiii Mt cccxliii L cccxxviiii Ihs autē emissa uoce magna. expirauit; Et ue
lum templi scissum est in duo. a sursū usq;

deorſum

ii M ccxxiiii Io cccxlvii L cccxxx Videns autē centurio qui ex aduerſo ſtabat
quia ſic clamans expiraſſet. ait Vere homo
hic filius dī erat

ii M ccxxvi Io cccxlvii Erant autē et mulieres de longe aſpicientes.
inter quas erat maria magdalene. et maria
iacobi minoris. et ioseph mater. et ſalome.
Et cū eēt in galilea. ſequebantur eum. et mi
niſtrabant ei. et aliæ multae. quæ ſimul cū
eo aſcenderant hieroſolimam;

ii M ccxxvii Io cccxlviii L cccxxxii I cxvi Et cū iam ſero eſſet factū. quia erat paraſceue
quod eſt ante ſabbatū. uenit ioseph abari
mathia nobilis decurio. qui et ipſe erat expec
tans regnum dī; Et audacter introiit ad pi
latū. et petiit corpus ihū; Pilatus autē. mira
batur. ſi iam obiſſet; Et acceſſito centurio
ne. interrogauit eum ſi iam mortuus eſt;
Et cū cognouiſſet a centurione. donauit
corpus ioseph

ii M ccxxviii Io cccxlviii L cccxxxiii I cxviii Ioseph autē mercatus ſindone. et deponens eum.
inuoluit ſindone. et poſuit eū in monumēto.
qd erat excisū de petra; Et aduoluit lapidem.

adhostium monumenti;
mr ccxxviii mt cccl Maria autem magdalene. et maria ioseph. aspi
ciebant ubi poneretur; Capitulum xvi.
mr ccxxx l cccxxxv Et cum transisset sabbatum. maria magdale
ne. et maria iacobi et salome ~~te~~ emerunt
aromata. ut uenientes ungerent ihm;
mr ccxxxi mt ccclii l cccxxxvi io ccviii Et ualde mane una sabbatorum. ueniunt ad
monumentum. orto iam sole; Et dicebant ad in
uicem; Quis reuoluet nobis lapidem ab hos
tio monumenti. Et respicientes. uiderunt re
uolutum lapidem. erat quippe magnus ual
de; Et introeuntes in monumentum. uiderunt
iuuenem sedentem in dextris coopertum stola can
dida. et obstupuerunt;
mr ccxxxii mt cccliii l cccxxxvii Qui dicit illis; Nolite expauescere; Ihm que
ritis nazarenum. crucifixum; Surrexit. non
est hic; Ecce locus. ubi posuerunt eum; Sed ite
dicite discipulis eius et petro. quia praecedet
uos in galileam. Ibi eum uidebitis. sicut dixit
uobis.
mr ccxxxiii mt cccliiii l cccxxxviii At illi exeuntes. fugerunt de monumento. Inua
[tremor]
serat enim eos et pauor. et nemini quicquam

dixerunt: timebant enim; Surgens autem mane pri
ma sabbati: apparuit primum marię magdalene:
de qua eiecerat septem demonia; Illa uadens
nuntiauit his qui cum eo fuerant: lugentibus
et flentibus; Et illi audientes quia uiueret: et
uisus esset ab ea: non crediderunt; Post hęc autem duo
bus ex eis ambulantibus: ostensus est in alia effigie:
euntibus in uillam; Et illi euntes nuntiauerunt
ceteris: nec illis crediderunt;

Nouissime recumbentibus discipulis undecim:
apparuit illis ihs; Et exprobrauit incredulitatem
illorum et duritiam cordis: quia his qui uiderant
eum resurrexisse non crediderunt; Et dixit eis;
Euntes in mundum uniuersum: praedicate euange
lium omni creaturę; Qui crediderit et bapti
zatus fuerit: saluus erit; Qui uero non crediderit:
condempnabitur; Signa autem eos qui credide
rint: hęc sequentur; In nomine meo demo
nia eicient: linguis loquentur nouis: serpen
tes tollent; Et si mortiferum quid biberint:
non eis nocebit; Super egros manus inponent: et
bene habebunt; Et dominus quidem ihs. post quam

locutus est eis. assumptus est in celum: & se
dit a dextris di. Illi aut profecti predicaue
runt ubiq: dno cooperante: et sermone
confirmante. sequentibus signis. AMEN

EXPLICIT EUUANGELIUM SECUNDUM MARCUM.

Incipit pfatio in euangeliu luce euãgete.

Lucas sirus antiocensis arte medicus. discipulus
apostoloru. postea paulu sequutus usq; ad confes
sionē eius. seruiens dno sine crimine: Nãneq;
uxorem habens umquã. neq: filios: Septuaginta
quattuor annorum obiit in bithinia plenus spu sco.
Qui cu iã descripta essent euuangelia p matheum qui
dem in iudea. per marcu aute in italia sco instigan
te spu in achaiae partibus hoc scripsit euuangeliu.
significans etiam ipse in principio ante alia esse de
scripta. cui extra ea que ordo euangelice dispositi
onis exposcit. ea maxima necessitas laboris fuit.
ut primu grecis fidelibus omi pphetatione uenturi
in carne di manifestata. ne iudaicis fabulis attenti
in solo legis desideria tenerentur heretici fabulis

& stultis sollicitationib; seducti exciperent.
a ueritate laboraret. Deinhinc ut in principio
euuangelii iohannis natiuitate p̄sumpta cui
euuangeliū scriberet. et in quo electus scriberet
indicaret. contestans in se completa esse ab aliis
inchoata. Cui ideo post baptismū fili dī a ꝑfecti
one generationis in xp̄o. impletę repetenda a
principio natiuitatis humanę potestas ꝑmissa
est. ut requirentib; demonstraret. In quo adpre
hendens erat ꝑ nathan filiū. introitu recurren
tis in dm̄ generationis admisso indisparabilis ds̄
p̄dicans in hominib; xp̄m̄ suū ꝑfectio opus homi
nis redire in se ꝑ filium faceret qui ꝑ dauid
patrē uenientibus iter p̄buit in xp̄o; Cui lucę
non inmerito etiam scribendorū apostolorū
actuum potestas in mysterio datur. ut dō in
dm̄ pleno et filio ꝑditionis extincto oratione
ab apostolis facta Sorte dn̄i electionis cōplere
tur; Sicq; paulus consūmationē apostolicis ac
tibus daret quem diu contra stimulos recalcitran
tem dn̄s elegisset. qđ legentib; ac requirentibus
dm̄. et ꝑ singula expedire a nobis utile fuerat.

Scienteſ tam̄. quod operantem agricolam oporteat
defructibuſ ſuiſ edere; Vitamuſ publicam curi
oſitatem nenontam demonſtraſſe uolentibuſ
dm̄ uideremur. quam faſtidientibuſ ꝓdidiſſe;

EXPLICIT PRĘFATIO

INCIPIT PRAEFATIO SECUNDUM LUCAM.

I Zachariaſ angelo n̄ credenſ obmutuit ac
poſtea quam eliſab& peperit loquutuſ
eſt zachariaſ & prophetauit;
II Natiuitaſ ihu ab angeliſ paſtoribuſ indicatur qui
que die viii. circumciditur;
III Simeon iuſtuſ xp̄m paruulum benedicit;
IIII Ihſ annorū xii. intemplo cū doctorib; legiſ diſputat
V Anno quinto decimo tiberii caeſariſ ioh ihm baptizat.
quē exiſtimabant filiū ioſeph qui fuit filiuſ heli
VI Ihſ temptatuſ adiabolo uicit reuerſuſ ingalileam
& ingreſſuſ nazar&h inſynagogam eſaiam legit. de

quaeiectuſ hominē ademonio ſabbatiſ liberat·
etmultoſ alioſ curat·

VII D enaui alloquitur deaqua piſceſ multoſ capi facit·
etpetrum· & Iacobum· & Iohannē elegit· lepro
ſum mundat· & indeſertum orat·

VIII P araliticū dimiſſū ptectum curat· leui publicanū
ſequi lib&· et phariſeiſ dicit n̄ ēē opuſ ſaniſ medicū·

VIIII D iſcipuli ſpicaſ uellunt· manū aridam habentem
ſabbatiſ curat· apoſtoloſ elegit· et turbiſ beatitu
dinē aliorum· & aliorū infelicitatem cum pa
raboliſ predicat· & mandatiſ;

X C enturioniſ puerū curat· uiduę filiū mortuum
reſuſcitat· IHS deiohanne teſtimoniū dat cū ſimi
litudine puerorū inforo ſedentium· Mulier pec
catrix lacrimiſ pedeſ xpi lauat in itinere· ſequen
tibuſ ſecum iſ a mulieribuſ· Parabolam ſeminantiſ
dicit· Nauiganſ tempeſtatem ſedat;

XI D elucerna ſup candelabrū· de eiſ qui uerbū di faciunt·
De legione demoniorū in porcoſ· De pfluuio mulieriſ
De filia principiſ cui nomen erat iairuſ reſuſcitata·

XII M ittenſ diſcipuloſ pdicare dat eiſ omnem poteſtatem
quibuſ reuerſiſ quinq; panibuſ et duob; piſcibus

quinq; milia uirorum ſaciat petro xp̄ſ declaratur;
xiii Inmonte tranſfiguratur puerum lunaticum li
berat · & humilitate doc& · ac non ēē prohibendū
qui in nomine ſuo uirtutē faciat · dicit a ſamari
taniſ · n̄ recipitur ſequi ſe uolenti · ſimilitudinem
oratoriſ retro reſpicientiſ interponit
viiii Septuaginta elegit quoſ mittit ad p̄dicandum
a legiſ perito temptatuſ · dat parabola malatro
nibuſ uulnerati quē ſamaritanuſ miſericordia
motuſ collegit · apud martham mariç partē claudit
xv Orationē doc& cū parabola inportune paneſ ami
cino poſtulantiſ · daemone eiciens in principe dae
moniorum id facere dicetur · & dat ſignū ionae ·
lauandum potiuſ q̄d intuſ eſt elemoſinis p̄nuntiat ·
xvi A phariſaeiſ mon& cauendū ac timendū eoſ qui
corpuſ occidunt · petenti reſpondit ſe n̄ eſſe diuiſo
rem hereditatiſ cū ſimilitudine diuitiſ cui multa
bona nata fuerint · dicens petro felicē ēē bonum
diſpenſatorem;
xvii Sub exemplo galileorū occiſorū mon& agendā
pęnitentiam · parabolae ficulneę infructuoſę
ſubiungensq; mulierē decem & octo annis curbā

erigit. herodem uulpem designat.

XVIII Sabbatis hydropicũ curat hortaturq; inuitatorẽ
pauperes pascere cum parabola excusantium a
caena. Omnẽ effectionẽ ppt̃ se odiendam dicit cũ
parabola turrem aedificare uolentis & regis

XVIIII Sal fatuum esse ñ debere. similitudinẽ pastoris unã
ouem ꝑditam requirentis. & mulieris dragmam
inuenientis. & hominis qui duobus filiis suis sub
stantiam diuisit. de dispensatore prodigo qui sa
pienter fecit.

XX De diuite & Lazaro. & qđ seruitium. debitũ sit exhi
bendum. decem leprosi mundantur. Intranos dẽ
regnũ dĩ. similitudo uiduę rogantis. & iudicis
iniqui. & duorũ in templo orantium. difficile di
uitem introire in regnum dĩ.

XXI Cum discipulis aduentum sibi iudicar& caecum
mendicantẽ curauit. Zacheum conlaudat. et
decem minarũ similitudinẽ ponit. Sup pullũ
asinę sedit. & hierusalem fleuit. Interrogatus in qua
potestate hęc faceret. Interrogat & ipse cũ similitu
dine eius cuius filiũ cultores uineae occiderunt
temptatus de tributo respondit uiduam laudat

que duo minuta in donario misit. et de fine saeculi.
atque adventu suo predicat.
Iudas tradendi dominum tempus petit. Ihesus sacramentum
panis et calicis ostendit. addicit discipulis ut uen
dito uestimento emant gladium. Iudas tradit
dominum. Passio Ihesu. et sepultura. et resurrectio eius;

EXPLICIT BREVIS EVVAN
GELII SECUNDUM LUCAM
DEO GRATIAS SEMPER AMEN.
PROLOGUS HIERONIMI
PRESBITERI.

Lucas syrus antiocensis arte medicus discipulus apostolorum,
postea paulum secutus usque ad confessionem eius seruiens domino
sine crimine. Nam neque uxorem umquam habens neque filios septuaginta
IIII annorum obiit bethania plenus spiritu sancto. Qui cum iam descripta essent
euangelia per matheum quidem in iudea, per marcum autem in italia.
sancto instigante spiritu in achaiae partibus hoc scripsit euangelium.

F

Incipit euāgeliū scd̄m lucā. I

89

II quidam nomine zacharias de uice abia. et uxor
illi de filiabus aaron. et nomen eius elisabeth;
Erant aut iusti ambo ante dnm. incedentes in omnib;
mandatis et iustificationib; dni sine querela;
Et non erat illis filius. eo quod esset elisabeth steri
lis. et ambo processissent in diebus suis; Factu
est aut cum sacerdotio fungeretur zacharias
in ordine uicis suę ante dm. secundu consue
tudine sacerdotii sorte exiit ut incensum pone
ret. ingressus in templum dni; Et omnis multitudo
erat populi orans foris. hora incensi; Apparuit
aut illi angelus dni. stans a dextris altaris incen
si. Et zacharias turbatus est uidens. et timor irruit
sup eum; Ait aut ad illu angelus; Ne timeas za
charia. qm exaudita est deprecatio tua. et uxor
tua elisabeth pariet tibi filiu. et uocabis nomen
eius iohanne; Et erit gaudiu tibi et exultatio.
et multi in natiuitate eius gaudebunt; Erit
enim magnus coram dno. et uinu et sicera non bi
bet. et spu sco replebitur adhuc ex utero matris
suę. et multos filioru israhel conuertet ad dnm

dni ipsorũ; Et ipse pcedet ante illũ in spũ et uir
tute heliç. ut conuertat corda patrũ in filios
et incredibiles ad prudentiã iustorum; Para
re dno plebem pfectam; Et dixit zacharias ad
angelum; Unde hoc sciam? Ego enĩ sum senex.
& uxor mea pcessit in diebus suis;
II Et respondens angelus dixit ei; Ego sum gabri
hel qui adsto ante dnm. et missus sum loqui ad
te. et hec tibi euuangelizare;
III Et ecce eris tacens. et non poteris loqui usq; in di
em quo hec fiant. pro eo quod nõ credidisti uerbis
meis. quç implebuntur in tempore suo; Et
erat plebs expectans zachariam. et mirabantur
tur qđ tardaret ipse in templo; Egressus autẽ
nõ poterat loqui ad illos. et cognouerũt quod
uisionẽ uidiss& in teplo. & ipse erat innuens
illis. et pmansit mutus; Et factũ est ut impleti
sunt dies offitii eius. abiit in domũ suam;
P ost hos autẽ dies. concepit helisabeth uxor eius.
et occultabat se mensibus quinq; dicens. quia
mihi sic fecit dns in diebus quibus respexit au
ferre obprobrium meum inter homines;

III In mense autem sexto· missus est angelus gabrihel
a deo in ciuitate galileae cui nomen nazareth· ad
uirginem disponsatam uiro· cui nomen erat
ioseph· de domo dauid· et nomen uirginis maria;
Et ingressus angelus ad eam· dixit; Aue gratia
plena· dominus tecum; Benedicta tu in mulieribus;
Que cum audisset· turbata est in sermone eius· et co
gitabat qualis esset ista salutatio; Et ait ange
lus ei; Ne timeas maria· inuenisti enim gratiam a
pud deum; Ecce concipies in utero· et paries filium·
et uocabis nomen eius ihesum; Hic erit magnus· et filius
altissimi uocabitur; Et dabit illi dominus deus sedem da
uid patris sui· et regnabit in domo iacob in eternum·
et regni eius non erit finis; Dixit autem maria ad
angelum; Quomodo fiet istud· quoniam uirum non
cognosco· Et respondens angelus· dixit ei; Spiritus
sanctus superueniet in te· et uirtus altissimi obumbra
bit tibi; Ideoque et quod nascetur ex te sanctum· uocabi
tur filius dei; Et ecce helisabeth cognata tua· et
ipsa concepit filium in senectute sua; Et hic men
sis est sextus illi que uocatur sterilis· quia non
erit inpossibile apud deum omne uerbum;

Dixit aut̄ maria; Ecce ancilla dn̄i; fiat mihi:
secundū uerbum tuum; Et discessit ab illa an-
gelus; Exsurgens autē maria in diebus illis.
abiit in montana cū festinatione in ciuitatē
iudae: et intrauit in domū zachariae: et salu
tauit elisabeth; Et factum est ut audiuit salu
tationē mariae helisabeth: exultauit infans
in utero eius: Et repleta est spū scō helisabeth:
et exclamauit uoce magna et dixit; Benedic
ta tu inter mulieres: et benedictus fructus uen
tris tui; Et unde hoc mihi: ut ueniat mater
dn̄i mei ad me: Ecce enī ut facta est uox salu
tationis tuae in auribus meis: exultauit in gau
dio infans in utero meo; Et beata quae credi dis
ti: qm̄ perficientur ea quae dicta sunt tibi a
dn̄o; Et ait maria; Magnificat anima mea
dn̄m; Et exultauit sps̄ meus: in dō salutari meo;
Quia respexit humilitatē ancillae suae: ecce enī
ex hoc beatā me dicent om̄s generationes; Qui
a fecit mihi magna qui potens est: et scm̄ nomē
eius: Et miscdā eius a pgenie in pgenies timē
tibus eum; Fecit potentiam in brachio suo: dis

persit sup̄bos mente cordis sui· Deposuit potentes
de sede· et exaltauit humiles; Esurientes im
pleuit bonis· et diuites dimisit inanes· Susce
pit israhel puerū suum· recordatus misedę suę
Sicut locutus est ad patres nr̄os· Abraham et semi
ni eius in saecula·

Mansit aut̄ maria cū illa quasi mensibus tribus·
et reuersa est in domū suam; Elisabeth autē
impletum est tempus pariendi· et peperit
filium; Et audierunt uicini et cognati eius
quia magnificauit dn̄s misedām suam cum
illa· et congratulabantur ei; Et factū est in
die octauo· uenerunt circūcidere puerū·
et uocabant eum nomine patris sui zachariā;
Et respondens mat̄ eius· dixit; Nequaquam·
sed uocabitur iohannes; Et dixerunt ad illā;
Quia nemo est in cognatione tua· qui uocetur
hoc nomine· Innuebant aut̄ patri eius· quem
uellet uocari eum· Et postulans pugillarem·
scripsit dicens; Iohannes est nomen eius; Et mira
ti sunt uniuersi; Apertū est aut̄ ilico os eius· et
lingua eius· et loquebatur benedicens dm̄·

Et factus est timor super omnes uicinos eorum: et super
omnia montana iudeae diuulgabantur omnia
uerba haec; Et posuerunt omnes qui audierant
in corde suo dicentes; Quis putas puer iste erit:
Etenim manus domini erat cum illo; Et zacharias
pater eius impletus est spiritu sancto: et prophetauit
dicens: Benedictus dominus deus israhel: quia uisitauit
et fecit redemptionem plebis suae; Et erexit cor
nu salutis nobis: in domo dauid pueri sui;
Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt
prophetarum eius; Salutem ex inimicis nostris:
et de manu omnium qui oderunt nos; Ad
faciendam misericordiam cum patribus nostris:
et memorari testamenti sui sancti; Iusiurandum
quod iurauit ad abraham patrem nostrum: datu
rum se nobis; Ut sine timore de manu inimi
corum nostrorum liberati: seruiamus illi; In
sanctitate et iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris
Et tu puer propheta altissimi uocaberis: praeibis
enim ante faciem domini parare uias eius; Ad dan
dam scientiam salutis plebi eius: in remissionem
peccatorum eorum; Per uiscera misericordiae

dī nrī: in quibus uisitauit nos oriens ex alto
Illuminare his qui in tenebris et in umbra
mortis sedent: ad dirigendos pedes nros
in uiam pacis

l iii P uer autē crescebat. et confortabatur spū. et e
rat in desertis usq; in diem ostensionis suę isrł

Caplm. ii. F actum est autē in dieb; illis. exiit edictū a ce
sare augusto: ut describeretur uniuersus or
bis; Hęc descriptio prima facta est: a preside
syrię cyrino; Et ibant omēs ut pfiterentur:
singuli in suam ciuitatem; Ascendit autem
& ioseph a galilea de ciuitate nazareth: in iu
deam ciuitatē dauid quę uocatur bethleem.
eo quod eēt de domo et familia dauid: ut p
fiterentur cū maria desponsata sibi uxore
pregnante; Factū est autē cum eent ibi: im
pleti sunt dies ut pareret; Et peperit filium
suū primogenitū: et pannis eū inuoluit.
et reclinauit eū in psepio: quia nō erat ei lo
cus in diuersorio; Et pastores erant in regi
onę eadem uigilantes: & custodientes uigi
lias noctis super gregem suum; Et ecce

angeluſ dni ſtetit iuxta illoſ. et claritaſ di cir
cumfulſit illoſ. et timuerunt timore magno;
Et dixit illiſ angeluſ; Nolite timere; Ecce enim
euuangelizo uobiſ gaudiu magnum qd erit
omi populo. quia natuſ eſt uobiſ hodie ſalua
tor. qui eſt xpſ dnſ in ciuitate dauid; Et hoc
uobiſ ſignum, Inuenietiſ infante pannis in
uolutum. et poſitu in pſepio; Et ſubito facta
eſt cum angelo multitudo militię cęleſtis.
laudantium dm et dicentium; Gla in altiſ
ſimiſ dō. et in terra pax hominibus bone uo
luntatiſ; Et factu eſt ut diſceſſert ab eiſ. an
geli in caelu. Paſtoreſ loquebantur ad inui
cem; Tranſeamuſ uſq; bethleem. et uideamus
hoc uerbu quod factu eſt. qd dnſ oſtendit nob;
Et uenert feſtinanteſ. et inuenerunt maria
et ioseph. et infante poſitum in pſepio; Viden
teſ aut cognouerunt de uerbo. qd dictu erat
illiſ de puero hoc; Et omſ qui audierunt mi
rati ſunt. et de hiſ quę dicta erant a paſtorib;
ad ipſoſ; Maria aut conſeruabat omia uerba
hęc. conferenſ in corde ſuo; Et reuerſi ſunt

pastores. glorificantes & laudantes dm̄.
in omnib; que audierant et uiderant. sicut
dictum est ad illos

Et postquā consummati sunt dies octo ut circū
cideretur puer. uocatū est nomē eius ihs;
Quod uocatū est ab angelo. priusquā in utero
conciperetur. Et postquam impleti sunt di
es purgationis marię secundū legem moysi.
tulerunt ihm̄ in hierusalem ut sisterent eū
dno. sicut scriptū est in lege dnī. quia omne
masculinum adaperiens uuluam. scm̄ dno
uocabitur; Et ut darent hostiam secundum
quod dictū est in lege dnī. par turturum.
aut duos pullos columbarum

Et ecce homo erat in hierlm̄. cui nomē symeon;
Et homo iste iustus & timoratus. expectans con
solationē isrl̄. & sps scs erat in eo; Et responsū
acceperat ab spū scō. non uisurū se mortem.
nisi prius uideret xpm̄ dnī; Et uenit in spū
in templum; Et cū inducerent puerū ihm̄
parentes eius. ut facerent scdm̄ consuetudinē
legis pro eo. et ipse accepit eum in ulnas suas.

et benedixit dnm & dixit; Nunc dimittiſ ſer
uum tuum dne. ſecdm uerbu tuum in pace;
Quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum;
quod paraſti ante faciem omnium populo
rum; Lumen ad reuelatione gentium.
et gloriam plebiſ tuæ iſrahel.
Et erat pater eiuſ et mater miranteſ ſup hiſ
que dicebantur de illo; Et benedixit illis
ſymeon. et dixit ad mariam matrem eius
Ecce poſituſ eſt hic in ruina et reſurrectione
multoru in iſrl. et in ſignu cui contradice
tur; Et tuam ipſiuſ anima ptranſibit gla
diuſ. ut reuelentur ex multiſ cordibus
cogitationeſ; Et erat anna pphetiſſa filia pha
nuhel de tribu aſer. hec pceſſerat in diebus
multiſ. et uixerat cu uiro ſuo anniſ ſeptem
a uirginitate ſua; Et hec uidua uſq; annos
octoginta quatuor. que n diſcedebat de te
plo. ieiuniiſ et obſecrationibuſ ſeruienſ noc
te ac die; Et hec ipſa hora ſupuenienſ confite
batur dno. et loquebatur de illo omnib; qui ex
pectabant redeptione hieruſalem; Et ut p

fecerunt omnia secundum legem domini. reuersi sunt
in galileam. in ciuitatem suam nazareth. Puer
autem crescebat et confortabatur plenus sapien
tia. et gratia dei erat in illo; Et ibant parentes eius
per omnes annos in hierusalem. in die sollempni paschę;
Et cum factus esset annorum duodecim. ascendenti
bus illis hierosolimam. secundum consuetudinem diei
festi. consummatisque diebus cum redirent. reman
sit puer ihesus in hierusalem. et non cognouerunt parentes
eius; Existimantes autem illum esse in comitatu.
uenerunt iter diei. et requirebant eum inter cog
natos et notos; Et non inuenientes. reuersi sunt
in hierusalem. requirentes eum; & factum est post
triduum. inuenerunt illum in templo sedentem in
eis pharisei; Numquid aliquis ex principibus cre
didit in eum aut ex phariseis? Sed turba hec
que non novit legem: maledicti sunt; Dicit ni
chodemus ad eos ille qui venit ad eum nocte:
qui unus erat ex ipsis. Numquid lex nostra iudi
cat hominem: nisi audierit ab ipso prius et cog
noverit quid faciat? Responderunt: et
dixerunt ei; Numquid et tu galileus es?
Scrutare scripturas: et vide quia pro
pheta a galilea non surgit; Et reversi sunt:
unusquisque in domum suam. Capitulum viii.
ii Ihs autem perexit in montem oliveti: et diluculo
iterum venit in templum; Et omnis populus venit
ad eum: et sedens docebat eos; Adducunt autem
scribe et pharisei mulierem in adulterio depre
hensam: et statuerunt eam in medio: et dixerunt
ei. Magister: hec mulier modo deprehensa est
in adulterio; In lege autem moyses mandavit
nobis huiusmodi lapidare; Tu ergo quid dicis?
Hec autem dicebant temptantes eum: ut possent ac
cusare eum; Ihs autem inclinans se deorsum:

digito scribebat in terra· Cu͂ aut͂ p̄seuerarent in
terrogantes eu͂· erexit se et dixit eis; Qui sine pec
cato est ur͂m· primus in illa͂ lapide͂ mittat; Et ite
rum se inclinans· scribebat in terra; Audientes
aut͂ hec unus post unu͂ exiebat͂· incipientes a senio
ribus; Et remansit solus· et mulier in medio stans;
Erigens aut͂ se ih͂s· dixit ei; Mulier· ubi sunt qui
te accusabant· nemo te condempnauit· quae
dixit; Nemo dn͂e; Dixit aut͂ ei ih͂s; Nec ego te
condempnabo; Vade· et amplius iam noli peccare;
Iteru͂ ergo locutus est eis ih͂s dicens; Ego su͂ lux
mundi; Qui sequitur me n͂ ambulat in tene
bris· sed habebit lume͂ uite· Dixerunt ergo ei pha
risei; Tu de te ipso testimonium p̄hibes· testi
moniu͂ tuum n͂ est uerum; Respondit ih͂s· et
dixit eis; Et si ego testimonium p̄hibeo de me
ipso· ueru͂ est testimonium meu͂· quia scio unde
ueni· et quo uado; Vos aut͂ nescitis unde uenio.
aut quo uada͂; Vos secd͂m carne͂ iudicatis· ego n͂
iudico quemquam; Et si iudico ego· iudicium
meum ueru͂ est· quia solus n͂ sum· sed ego et qui
me misit pat͂; Et in lege ura͂ scriptu͂ est· quia

duorū hominū testimonium uerum est;
Ego sū qui testimonium phibeo de me ipso.
et testimoniū phibet de me. qui misit me
pater; Dicebant ergo ei. Ubi est pat tuus?
I lxxxvii Respondit ihs; Neq; me scitis. neq; patrē meum;
Mt cxii
L cxviiii Si me sciretis. forsitan et patrē meū sciretis;
I lxxxviii Hęc uerba locutus est in gazo filatio. docens in
Mt ccxx
Mr ccxviiii templo; Et nemo adphendit eum. quia nec
L ccxlii
dū uenerat hora eius;
VIII
I lxxxviiii Dixit ergo iterū eis ihs; Ego uado et quęretis
me. et in peccato uro moriemini; Quo ego
uado. uos n̄ potestis uenire; Dicebant ergo
iudei; Nūquid intficiet semetipsū. quia dicit
quo ego uado uos n̄ potestis uenire. Et dice
bat eis; Vos de deorsum estis. ego de supnis sū
Vos de mundo hoc estis. ego n̄ sum de hoc mun
do; Dixi ergo uobis. quia moriemini in pec
catis uris;

Si ergo n̄ credideritis quia ego sum. moriemi
ni in peccato uro; Dicebant ergo ei; Tu quis
es? Dixit eis ihs; Principiū. qui et loquor uo
bis; Multa habeo de uobis loqui et iudicare.

ſed qui miſit me uerax eſt. et ego quę audiui ab
eo. hęc loquor in mundo; Et n̄ cognouerunt. quia
patrē eis dicebat dm̄; Dixit ergo eis ihs; Cum exal
tauerítis filiū hominis. tunc cognoſcetis quia
ego ſum. et a meipſo facio nihil. ſed ſicut docuit
me pat̄. hęc loquor; Et qui me miſit mecū eſt. et non
reliquit me ſolū. quia ego quę placita ſunt ei.
facio ſemp̄; Hęc illo loquente. multi crediderūt in
eum; Dicebat ergo ihs ad eos qui crediderūt
ei iudęos; Si uos manſeritis in ſermone meo.
uere diſcipuli mei eritis. et cognoſcetis uerita
tem. et ueritas liberabit uos. Responderunt
ei. Semē abrahę ſumus. et nemini ſeruiuimus um
quā; Quomodo tu dicis. liberi eritis. Respondit
eis ihs; Amē amē dico uobis. quia omīs qui facit
peccatū. ſeruus eſt peccati; Seruus autē n̄ manet
in domo in ęternum. filius manet in ęternum.
Si ergo filius uos liberauerit. uere liberi eritis;
Scio quia filii abrahę eſtis. ſed quęritis me in
terficere. quia ſermo meus n̄ capit in uobis.
Ego quę uidi apud patrē loquor. et uos quę ui
diſtis apud patrē urm̄ facitis; Reſponderūt

et dixerunt ei; Pater nr̄ abraham est; Dicit eis
ihs̄. Si filii abrahe estis: opera abrahe facite;
Nunc aut̄ queritis me interficere: hominē qui
ueritatē uob̄ locutus sum. quā audiui a dō.
hoc abraham n̄ fecit; Vos facitis opera patris uri.
Dixerunt itaq; ei. Nos ex fornicatione n̄ sumus
nati: unū patrē habemus dm̄; Dixit ergo eis
ihs̄; Si ds̄ pater ur̄ esset: diligeretis utique me;
Ego eni ex dō pcessi et ueni; Neque eni a me ipso
ueni: sed ille me misit; Quare loquelā meā non
cognoscitis. quia n̄ potestis audire sermonem
meum: Vos ex patre diabolo estis: et desideri
a patris uri uultis facere; Ille homicida erat
ab initio: et in ueritate n̄ stetit: quia ueritas
in eo non est; Cū loquitur mendatiū. ex pro
priis loquitur: quia mendax est. et pater eius;
Ego aut̄ quia ueritatē dico: non creditis mihi.
Quis ex uobis arguet me de peccato: Si ueritā
tē dico: quare uos n̄ creditis mihi: qui est ex dō:
uerba di audit; Propterea uos n̄ auditis: quia
ex dō non estis; Responderūt igitur iudei. et
dixerūt ei; Nonne bene dicimus nos quia sama

ritanus es tu . et demonium habes? Respondit
ihs; Ego demonium non habeo. sed honorifico pa
trem meum. et uos inhonorastis me; Ego autem non
quero gloriam meam. est qui querat et iudicet;
Amen amen dico uobis. si quis sermonem meum seruaue
rit. mortem non uidebit in eternum; Dixerunt ergo
iudei; Nunc cognouimus. quia demonium
habes; Abraham mortuus est et prophete. et tu
dicis. si quis sermonem meum seruauerit. non gusta
bit mortem in eternum. Numquid tu maior es patre
nostro abraham qui mortuus est. et prophete mor
tui sunt; Quem te ipsum facis? Respondit ihs; Si ego
glorifico me ipsum. gloria mea nihil est; Est pater
meus qui glorificat me. quem uos dicitis quia deus
noster est. et non cognouistis eum; Ego autem noui eum;
Et si dixero quia non scio eum. ero similis uobis men
dax; Sed scio eum. et sermonem eius seruo; Abraham
pater uester exultauit ut uideret diem meum.
et uidit et gauisus est; Dixerunt ergo iudei ad eum;
Quinquaginta annos nondum habes. et abra
ham uidisti? Dixit eis ihs; Amen amen dico uo
bis. antequam abraham fieret ego sum; Tulerunt

ergo lapides: ut iacerent in eum; Ihs aut̄ abscon
dit se. et exiuit de templo: Capl̄m. ix.
Et preteriens uidit hominē cecū a natiuitate:
et interrogauerūt eum discipuli sui; Rabbi.
quis peccauit. hic aut parentes eius. ut cecus nas
ceretur: Respondit ihs; Neq; hic peccauit. neq;
parentes eius. sed ut manifestentur opera di
in illo; Me oportet operari opera eius qui mi
sit me: donec dies est; Venit nox: quando nemo
potest operari; Quādiu in mundo sū: lux sū
mundi: Hęc cū dixisset exspuit in terram: et
fecit lutū ex sputo: et liniuit lutū sup oculos
eius: et dixit ei Vade laua in natatoria siloę:
quod interpretatur missus; Abiit ergo et la
uit: et uenit uidens; Itaq; uicini et qui uide
bant eū prius quā mendicus erat. dicebant;
Nonne hic est qui sedebat et mendicabat:
Alii dicebant quia hic est: Alii aut̄ nequaq̄.
sed similis est eius; Ille dicebat: quia ego sum
Dicebant ergo ei; Quomodo aperti sunt ti
bi oculi: Respondit; Ille homo qui dicit̄
ihs. lutū fecit. et unxit oculos meos: et

dixit mihi; Vade ad natatoriam siloe: et laua;
Et abii: et laui. et uidi. Dixerunt ei Ubi est ille.
Ait; Nescio; Adducunt eum ad phariseos: qui
cecus fuerat; Erat autem sabbatum quando lutum
fecit ihs: et apperuit oculos eius; Iterum ergo
interrogabant eum pharisei: quomodo uidisset;
Ille autem dixit eis; Lutum posuit super oculos meos:
et laui et uideo; Dicebant ergo ex phariseis
quidam; Non est hic homo a deo: qui sabbatum
non custodit; Alii dicebant; quomodo po-
test homo peccator hec signa facere: et scisma
erat inter eos; Dicunt ergo ceco iterum; Tu quid di-
cis de eo qui apperuit oculos tuos: Ille autem
dixit: quia propheta est; Non crediderunt ergo iu-
dei de illo quia cecus fuisset et uidisset: donec
uocauerunt parentes eius qui uiderat: et inter-
rogauerunt eos dicentes; Hic est filius uester quem
uos dicitis quia cecus natus est. quomodo ergo
nunc uidet: Responderunt eis parentes eius:
et dixerunt; Scimus quia hic est filius noster. et quia
cecus natus est: quomodo autem nunc uideat
nescimus: aut quis eius aperuit oculos. nos

nescimus; Ipsum interrogate. aetatem habet. ipse
de se loquatur; Haec dixerunt parentes eius. quia
timebant iudeos; Iam enim conspirauerant iudaei.
ut si quis eum confiteretur xpm. extra synagogam
fieret Propterea parentes eius dixerunt. quia aetatem
habet. ipsum interrogate; Vocauerunt ergo rursum
hominem qui fuerat caecus. et dixerunt ei; Da glo
riam deo; Nos scimus. quia hic homo peccator
est; Dixit ergo ille; Si peccator est nescio. unum
scio. quia caecus cum essem. modo uideo; Dixerunt
ergo illi; Quid fecit tibi. quomodo aperuit tibi
oculos. Respondit eis; Dixi uobis iam et audistis.
quid iterum uultis audire. Numquid et uos uultis
discipuli eius fieri. Maledixerunt ei. et dixerunt;
Tu discipulus ~~illius~~ illius sis. nos autem moysi disci
puli sumus; Nos scimus quia moysi locutus est
deus. hunc autem nescimus unde sit; Respondit ille
homo. et dixit eis; In hoc enim mirabile est. quia
uos non scitis unde sit. et aperuit oculos meos; Sci
mus autem. quia peccatores deus non audit. sed si
quis dei cultor est. et uoluntatem eius facit. hunc
exaudit; A saeculo non est auditum. quia aperuit

quis oculos caeci nati; Nisi hic esset a dō: non po
terat facere quicquā; Responderunt et dixerunt ei;
In peccatis natus es totus: et tu doces nos? Et eiece
runt eum foras; Audiuit ihs quia eiecerunt eum
foras: et cū inuenisset eū· dixit ei; Tu credis in fili
um dī? respondit ille et dixit; Quis est dne ut cre
dam in eum? & dixit ei ihs; Et uidisti eum: et qui
loquitur tecū ipse est; At ille ait; Credo dne; Et
procidens: adorauit eum; Dixit ei ihs; In iudi
cium ego in hunc mundū ueni: ut qui n uident
uideant: et qui uident caeci fiant; Et audierunt
ex phariseis qui cū ipso erant: et dixerunt ei; Nu
quid et nos caeci sumus? Et dixit eis ihs; Si caeci esse
tis: n haberetis peccatū· Nunc uero dicitis quia uide
mus: peccatum uestrum manet; Caplm. x.

Amen amen dico uobis: qui n intrat per ostiū in ouile
ouium· sed ascendit aliunde: ille fur est et latro;
Qui aut intrat per ostium: pastor est ouium; Hu
ic ostiarius aperit: et oues uocē eius audiunt;
Et ~~cū~~ proprias oues uocat nominatim: et educit
eas; Et cū proprias oues emiserit· ante eas uadit: et o
ues illū sequuntur: quia sciunt uocē eius; Alienū

aut non sequuntur· sed fugiunt ab eo· quia non
nouerunt uocem alienorum; Hoc prouerbium
dixit eis ihesus; Illi autem non cognouerunt· quid loque-
retur eis; Dixit ergo eis iterum ihesus;
Amen amen dico uobis· quia ego sum ostium
ouium; Omnes quotquot uenerunt· fures sunt et
latrones· sed non audierunt eos oues; Ego sum ostium;
Per me si quis introierit saluabitur· et ingredi
etur· et egredietur· et pascua inueniet; Fur non
uenit nisi ut furetur· et mactet et perdat; Ego
ueni ut uitam habeant· et habundantius habe
ant; Ego sum pastor bonus; Bonus pastor animam
suam ponit pro ouibus suis; Mercenarius et
qui non est pastor· cuius non sunt oues propriae·
uidet lupum uenientem· et dimittit oues et fu
git; Et lupus rapit· et dispergit oues; Mercena
rius autem fugit quia mercenarius est· et non per
tinet ad eum de ouibus; Ego sum pastor bonus; Et
I xc cognosco meas· et cognoscunt me meae·
C cxii L cxviii Sicut nouit me pater· et ego agnosco patrem;
I xci Et animam meam pono pro ouibus meis;
C ccuii L C cxv Et alias oues habeo quae non sunt ex hoc ouili·

et illas oportet me adducere: et uocē meam
audient: Et fiet unū ouile: et unus pastor.
Propterea pat̄ me diligit: quia ego pono animā
meam: ut iterū sumā eam; Nemo tollit eam
a me: sed ego pono eam a meipso. Potestatē ha
beo ponendi animā meā: et potestatē habeo
iterū sumendi eam: hoc mandatū accepi a pa
tre meo. Dissensio iterū facta est int̄ iudęos; pp
ter sermones hos. Dicebant autē multi ex ipsis;
Dęmoniū habet: & insanit. Quid eum auditis?
Alii dicebant: hęc uerba non sunt dęmonium
habentis. Nūquid dęmoniū potest cęcorū ocu
los aperire? Facta sunt autē encęnia in hierosо
limis: et hiemps erat; Et ambulabat ihs in templo:
in porticu salomonis; Circūdeder̄t ergo eū iu
dęi: et dicebāt ei; Quousq; animā nrām tollis?
Si tu es xps: dic nobis palam; Respondit eis ihs;
Loquor uobis: et nō creditis; Opera quę ego facio
in nomine patris mei: hęc testimoniū phibent de
me; Sed uos nō creditis: quia nō estis ex ouib; meis;
Oues meę uocē meā audient: et ego cognosco
eas: et secuntur me; & ego uitā ęternā do eis.

et non peribunt in eternum· et non rapiet eas
quisquã de manu mea· Pater mĩs qd dedit mihi
maius est omnib; et nemo potest rapere de manu
patris mei; Ego et patr̃ unũ sumus; Sustulerunt
lapides iudei· ut lapidarent eum; Respondit
eis ihs; Multa opera bona ostendi uobis ex
patre meo· ppt quod eorũ opus me lapidatis·
Responderunt ei iudei; De bono opere ñ lapi
damus te· sed de blasphemia; Et quia tu homo
cũ sis· facis te ipsũ dm̃; Respondit eis ihs; Nonne
scriptũ est in lege urã. quia ego dixi dĩi estis· Il
los dixit deos· ad quos sermo dĩ factus est· et non
potest solui scriptura· quẽ pater scificauit· et
misit in mundũ · uos dicitis quia blasphemas.
quia dixi filius dĩ sum· Si non facio opera patris
mei· nolite credere mihi; Si autẽ facio· et si mihi
non uultis credere operibus credite· ut cognos
catis et credatis quia in me est patr̃. et ego in patre;
I xciii / ch cxvii / a / m xxvi Querebant ergo eũ adphendere· et exiuit de ma
nibus eorũ. Et abiit iterũ trans iordanen in eũ
locũ ubi erat iohannes baptizans primum·
et mansit illic·

IOHAN̄

Et multi uenerunt et dicebant. quia iohannes
qui dē signū fecit nullū. omīa aūt quecūq; dixit
iohannes de hoc uera erant. et multi crediderunt in eū; Caplm̄ xi.
Erat aūt quidā languens lazarus a bethania. de
castello marie. et marthe sororū eius; Maria
aūt erat que unxit dnm̄ unguento. et extersit
pedes eius capillis suis. cuius frat lazarus infir
mabatur; Miserunt ergo sorores eius ad eum.
dicentes; Dne. ecce quē amas. infirmatur; Au
diens aūt ihs. dixit eis; Infirmitas hec n̄ est ad
mortē. sed p gla di. ut glorificetur filius di per eā;
Diligebat aūt ihs martham et sororē eius mariam.
et lazarū; Ut ergo audiuit quia infirmabatur.
tunc quidē mansit in eodē loco duob; diebus;
Deinde post hec. dicit discipulis suis; Eamus in
iudeam iterū; Dicunt ei discipuli. Rabbi. nunc
querebant te iudei lapidare. et iterū uadis
illuc. Respondit ihs; Nonne duodecim hore st
diei. Si quis ambulauerit in die n̄ offendit.
quia lucē huius mundi uidet; Si aūt ambula
uerit nocte offendit. quia lux n̄ est in eo; Hec
ait. et post hec dicit eis; Lazarus amicus nr̄

dormit. sed uado ut a somno exsuscitē eum;
Dixerūt ergo discipuli eius. Dn̄e. si dormit: sal
uus erit; Dixerat autē ih̄s de morte eius: Illi autē
putauerunt quia de dormitione somnii di-
ceret; Tunc ergo dixit eis ih̄s manifeste; Laza
rus mortuus est: et gaudeo ppt̄ uos ut credatis.
qm̄ non eram ibi: sed eamus ad eum; Dixit er
go thomas qui dicitur didimus: ad condisci
pulos; Eamus et nos: et moriamur cū eo. Venit
itaq; ih̄s: et inuenit eū quatuor dies iam in mo
numto habentē; Erat autē bethania iuxta hie
rosolimā: quasi stadiis quindecim; Multi autē
ex iudeis uenerant ad martham et mariam:
ut consolarentur eas de fratre suo; Martha
autē ut audiuit quia ih̄s uenit: occurrit illi;
Maria autē domi sedebat; Dixit ergo martha
ad ih̄m; Dn̄e. si fuisses hic: frater meus n̄ fuisset
mortuus; Sed et nunc scio. quia quecūq; po-
posceris a d̄o: dabit tibi d̄s; Dicit illi ih̄s; Resur
get frater tuus; Dicit ei martha; Scio. quia resur
get in nouissimo die; Dixit ei ih̄s; Ego sū resur
rectio et uita: qui credit in me. etiam si mor-

tuus fuerit uiuet; Et omnis qui uiuit et credit
in me: non morietur in eternum; Credis hoc?
Ait illi; Utique domine; Ego credidi quia tu es christus
filius dei: qui in hunc mundum uenisti; Et cum
hec dixisset: Abiit et uocauit mariam sororem
suam silentio dicens: Magister adest. et uocat
te; Illa ut audiuit. surrexit cito: et uenit ad
eum; Nondum enim uenerat ihesus in castellum: sed
erat adhuc in illo loco ubi occurrit ei martha;
Iudei igitur qui erant cum ea in domo et con
solabantur eam: cum uidissent mariam quia
cito surrexit et exiit. secuti sunt eam dicen
tes: quia uadit ad monumentum ut ploret
ibi; Maria ergo cum uenisset ubi erat ihesus:
uidens eum cecidit ad pedes eius. et dixit ei; Domine.
si fuisses hic: non esset mortuus frater meus; Ihesus ergo
uidens eam plorantem. et iudeos qui uenerant cum
ea plorantes: infremuit spiritu et turbauit seipsum:
et dixit; Ubi posuistis eum? Dicunt ei; Domine. ue
ni et uide; Et lacrimatus est ihesus; Dixerunt ergo
iudei; Ecce quomodo amabat eum; Quidam
autem dixerunt ex ipsis; Non poterat hic qui

peruit oculos ceci facere. ut et hic n̄ moreretur.
Ihs ergo rursū fremens in semetipso. uenit ad mo
numentū; Erat aūt spelunca. et lapis supposi
tus erat ei. Ait ihs; Tollite lapidē; Dicit ei mar
tha. soror eius qui mortuus fuerat; Dne iam fe
tet. quatriduanus enī est. Dicit ei ihs; Nonne
dixi tibi. qm̄ si credideris uidebis glām di. Tu
lerunt ergo lapidem; Ihs aūt eleuatis sursum
oculis. dixit; Pater. grās ago tibi. qm̄ audisti me;
Ego aūt sciebam quia semp̄ me audis. sed ppter
populū qui circū stat dixi. ut credant quia tu
me misisti; Hec cū dixisset. uoce magna clamauit;
Lazare ueni foras; Et statim pdiit qui fuerat
mortuus. ligatus pedes et manus institis. et faci
es illius sudario erat ligata. Dicit eis ihs; Solui
te eū. et sinite abire; Multi ergo ex iudeis qui
uenerant ad mariam et uiderant que fecit. cre
diderūt in eum; Quidā aūt ex ipsis abierunt ad
phariseos. et dixerunt eis. que fecit ihs
Collegerūt ergo pontifices et pharisei conciliū. et
dicebant; Quid facimus. quia hic homo multa
signa facit. Si dimittimus eū sic. omīs credent in

cum; Et uenient romani: et tollent nrm̄ et locum
et gentē; Unus autē ex ipsis nomine caiphas cū eet pon
tifex anni illius. dixit eis; Vos nescitis quicquā nec
cogitatis. quia expedit nobis ut unus moriatur ho
mo pro populo: et nō tota gens pereat; Hoc autē a semet
ipso nō dixit. sed cū eēt pontifex anni illius pphetauit.
uit. quia ihs moriturus erat pro gente; Et nō tantū p
gente: sed ut filios dī qui erant dispsi cgregaret in unū
Ab illo ergo die: cogitauerūt interficere eum; Ihs ergo
iam nō in palā ambulabat apud iudeos: sed abiit
in regionē iuxta desertū. in ciuitatē que dicitur ef
frem; Et ibi morabatur cū discipulis suis
Proximum autē erat pascha iudeorum;
Et ascenderunt multi hierosolimā de regione ante
pascha: ut scificarent se ipsos.
Querebant ergo ihm. et conloquebantur ad inui
cem in teplo stantes. quid putatis quia nō uenit ad
diem festū: Dederant autē pontifices et pharisei
mandatū: ut si quis cognouerit ubi sit. indicet ut Caplm. xij
adphendant eū; Ihs ergo ante dies sex pasche uenit
bethaniā: ubi fuerat lazarus mortuus quē suscitauit
Fecerūt autē ei cenā ibi: et martha ministrabat,

Lazarus uero unus erat ex discumbentibus cum eo;
Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici
pretiosi. et unxit pedes ihu. et extersit capillis
suis. et domus impleta est ex odore unguenti; Di
cit ergo unus ex discipulis eius iudas scariothis.
qui erat eum traditurus; Quare hoc unguentum
non uenit ut ~~ut~~ trecentis denariis. et datum est egenis.
Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum.
sed quia fur erat et loculos habens. ea que mitte
bantur ex portabat; Dixit ergo ei ihs; Sine illam. ut
in die sepulturae meae seruet illud; Pauperes enim
semper habetis uobiscum. me autem non semper habetis.
I xcviii Cognouit ergo turba multa ex iudeis. quia illic
est. et uenerunt non propter ihm tantum. sed ut lazarum
uiderent quem suscitauit a mortuis; Cogitaue
runt autem principes sacerdotum ut lazarum inter
ficerent. quia multi propter illum abibant ex iudeis.
et credebant in ihm
I c / ccviii / cxviii / I ccxxxiiii In crastinum autem turba multa que uenerat ad di
em festum. cum audisset quia ihs uenit hierosolimam
acceperunt ramos palmarum. et processerunt obuiam ei.
et clamabant; Osanna benedictus qui uenit

innomine dni: rex israhel;
Et inuenit ihs asellū: et sedit sup eū sicut scriptum
vii est, Noli timere filia syon: ecce rex tuus uenit se
dens super pullū asinae·
Haec n cognouert discipuli eius primū: sed quando
glorificatus est ihs: tunc recordati sunt quia
haec erant scripta de eo: et haec fecert ei, Testimo
nium ergo phibebat turba quae erat cū eo quan
do lazarū uocauit de monumento: et suscita
uit eū a mortuis; Propterea et obuiā uenit ei
turba: quia audierunt eū fecisse hoc signū;
Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis
quia nihil pficimus: ecce mundus totus post eum
abiit; Erant autē gentiles quidā ex his qui ascen
derant: ut adorarent in die festo; hi ergo acces
serunt ad philippū qui erat a bethsaida gali
leae: et rogabant eū dicentes; Dne. uolumus
ihm uidere; Venit philippus: et dicit andreae;
Andreas rursū et Philippus dixerunt ihu;
cl cxcvii clxxx Ihs autē respondit eis dicens; Venit hora: ut cla
rificetur filius hominis;
cliii Amen amen dico uobis: nisi granū frumenti ca

dens in terrā mortuū fuerit: ipsū solū manet·
Si autē mortuū fuerit: multū fructū adfert;
ρ cx ɱ xcvii ɫ ccxi Qui amat animā suam: pdet eā; Et qui odit animā
suam in hoc mundo: in uitā etnā custodit eam;
ρ cxi Si quis mihi ministrat: me sequatur; & ubi sum
ego: illic et minister meus erit; Si quis mihi minis
trauerit: honorificabit eū pat meus qui est in celis·
ρ cxii ɱ ccxciii ɫ clxxiii Nunc anima mea turbata est; & quid dicam:
pater· saluum me fac· ex hora hac;
ρ cxiii Sed propterea ueni in horā hanc; Patr· clarifica
tuū nomen; Venit ergo uox de celo; Et clarifica
ui: et iterū clarificabo; Turba ergo que stabat
et audierat: dicebat tonitruū factū esse; Alij
dicebant: angelus ei locutus est; Respondit ihs:
et dixit; Non ppt me uox hec uenit: sed ppt uos;
Nunc iuditiū est mundi: nunc princeps huius
mundi eicietur foras; Et ego si exaltatus fuero
a terra: omīa traham ad me ipsū; Hoc autē dice
bat: significans qua morte esset moriturus;
Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege: quia
xps manet in eternum; Et quomodo tu dicis:
oportet exaltari filiū hominis: Quis est iste

filius hominis? Dixit ergo eis ihs; Adhuc modi
cum lumen in uobis est; Ambulate dum lucem habetis
ut non tenebrę uos comprehendant; Et qui ambu
lat in tenebris nescit quo uadit; Dum lucem ha
betis credite in lucem ut filii lucis sitis; Hęc locutus
est ihs et abiit et abscondit se ab eis; Cum autem tan
ta signa fecisset coram eis non credebant in eum
ut sermo ysaię impleretur quem dixit. Dne quis
credidit auditui nostro et brachium dni cui reue
latum est.

viiii cxxxiii xxxvi lxxvii Propterea non poterant credere quia iterum dix
isaias; Excecauit oculos eorum et indurauit cor
eorum ut non uideant oculis et intelligant cor
de et conuertantur et sanem eos;

cx x Hęc dixit isaias quando uidit gloriam eius et locu
tus est de eo; Verumtamen et ex principibus multi
crediderunt in eum sed propter phariseos non confitebantur
ut de synagoga non eicerentur; Dilexerunt enim
gloriam hominum magis quam gloriam dei.

cxi xcviii xcvi lxxvi Ihs autem clamauit et dixit; Qui credit in me non cre
dit in me sed in eum qui misit me; Et qui uidet me
uidet eum qui misit me;

173

l cxii Ego lux in mundū ueni: ut omnis qui credit in me
in tenebris nō maneat; Et si quis audierit uerba
mea & nō custodierit: ego nō iudico eum; Non
enī ueni ut iudicem mundū: sed ut saluum
faciam mundū; Qui spernit me & nō accipit
uerba mea: habet qui iudicet eū; Sermo quē lo
cutus sū ille iudicabit eū in nouissimo die: quia
ego ex me ipso non sū locutus. sed qui misit me
pater. Ipse mihi mandatū dedit qđ dicā aut
quid loquar: & scio quia mandatū eius uita
ęterna est. Quę ergo ego loquor: sicut dixit
mihi pater sic loquor; **Caplm. xiiij.**

[Margin, red:] ic dimittit lc̃io in laust. usq; ad aplm. xx. xi

Ante diem autē festū paschę. sciens ihs quia uenit
eius hora ut transeat ex hoc mundo ad patrem.
cū dilexisset suos qui erant in mundo. in fi
nem dilexit eos.

l cxiii l cclxiii Et cena facta cū diabolus iam misisset in cor ut tra
deret eum iudas symonis scariothis:
l cxiii l cxi l cxviii Sciens quia omā dedit ei patr̄ in manus. & quia
a dō exiuit & ad dm̄ uadit:
l cxv Surgit a cęna: & ponit uestimenta sua; Et cū acce
pisset linteum. p̄cinxit se; Deinde mittit aquā

inpeluim. et cepit lauare pedes discipulorũ. et
extirgere linteo quo erat p̃cinctus; Venit ergo
ad symonẽ petrum. et dicit ei petrus; Dñe. tu mi
hi lauas pedes? Respondit ihs. et dicit ei; Quod
ego facio tu nescis modo. scies aũt postea; Dicit
ei petrus; Non lauabis mihi pedes in eternum;
Respondit ei ihs; Si n̄ lauero te. n̄ habebis partẽ
mecũ; Dicit ei symon petrus; Dñe. non tantum
pedes meos. sed et manus et caput; Dicit ei ihs;
Qui lotus est n̄ indiget nisi ut pedes lauet. sed est
mundus totus; Et uos mundi estis. sed n̄ om̄s;
Sciebat enĩ quisnam eẽt. qui traderet eum. pp
terea dixit non estis mundi om̄s; Postquã ergo
lauit pedes eorum. et accepit uestimenta sua.
cum recubuisset iterũ dixit eis; Scitis quid fe
cerim uobis.

ccxvi Vos uocatis me magister et dñe. et bene dicitis;
lviiii sum etenim;
lxiii
ccxvii Si ergo ego laui pedes urõs dñs et magister. et uos
x
Sol debetis alter alterius lauare pedes; Exemplũ
enĩ dedi uobis. ut quem admodũ ego feci uo
bis. ita et uos faciatis.

l cxviii · ch xc · l lviii A men amen dico uobis· n̄ est seruus maior dn̄o suo·
neq; apostolus maior eo qui misit illum; Si hec sci
tis· beati eritis si feceritis ea·

l cxviiii N on de omnib; uobis dico· ego scio quos elegerim· sed
ut impleatur scriptura; Qui manducat meũ pa
nẽ· leuabit contra me calcaneũ suũ; Amodo dico
uobis priusquã fiat ut credatis cũ factũ fuerit qui
a ego sum·

l cxx · ch xcviii · m xcvi · l cxvi A men am̄ dico uobis qui accipit si quẽ misero· me ac
cipit; Qui autẽ me accipit· accipit eũ qui me misit;

l cxxi · ch cclxxviiii · m lxi C um hec dixisset ihs· turbatus est spũ· et ptestatus ẽ·
et dixit; Am̄ am̄ dico uobis quia unus ur̄m tra
det me;

l cxxii · ch cclxxx · m clxii · l cclxxviii A spiciebant ergo ad inuicẽ discipuli· haesitantes
de quo diceret;

l cxxiii E rat ergo recũbens unus ex discipulis eius in sinu ihu
quẽ diligebat ihs· Innuit ergo huic symon pe
trus et dicit ei; Dñe quis est· Respondit ihs; Ille
est cui ego intinctũ panem porrexero;

l cxxiiii · l cclxii E t cũ intinxisset panẽ dedit iudę symonis scari
othi· et post bucella tunc introiuit in illũ satanas·

l cxxv D icit ei ihs· quod facis fac citius; Hoc autẽ nemo sci

uit discũbentiũ ad q̃d dixerit ei; Quidã enĩ pu
tabant quia loculos habebat iudas· q̃d dixisset
ei ihs· eme ea que opus sunt nobis ad diem festum
aut egenis ut aliquid daret; Cũ ergo accepisset il
le buccellã· exiuit continuo· Erat autẽ nox; Cũ
ergo exisset· dicit ihs; Nunc clarificatus est filius
hominis· et ds clarificatus est in eo; Si ds clarifi
catus est in eo· et ds clarificauit eũ in semetipso;
Et continuo clarificauit eũ; Filioli adhuc mo-
dicũ uobiscũ sum; Queritis (e) me· et sicut dixi iu
deis· quo ego uado· uos ñ potestis uenire; Et uobis
dico modo; Mandatũ nouũ do uobis· ut diliga
tis inuicẽ· sicut dilexi uos· ut et uos diligatis in
uicẽ; In hoc cognoscent omñs quia mei discipuli
estis· si dilectionẽ habueritis ad inuicem;
xxvi clxxxvii lxx clxxv Dicit ei symon petrus; Dñe quo uadis? respondit
ihs; Quo ego (uado) ñ potes me modo sequi· sequeris autẽ
postea; Dicit ei petrus; Quare ñ possumus te sequi
modo? Animã meã p te ponã; Respondit ihs; A
nimã tuã p me ponis? Amẽ amẽ dico tibi· ñ canta
bit gallus donec me ter neges; Et ait discipulis suis; Capl̃m. xiiii
xxxii x l Non turbetur cor urm̃; Creditis in dm̃· et in me

credite; in domo patris mei mansiones multe sunt;
Si quo minus dixissem vobis. quia vado parare vo
bis locum; Et si abiero et preparavero vobis locum.
iterum venio et accipiam vos ad me ipsum. ut ubi
sum ego et vos sitis; Et quo ego vado scitis. et viam
scitis; Dicit ei Thomas; Domine. nescimus quo va
dis; Et quomodo possumus viam scire; Dicit ei
ihesus; Ego sum via. veritas et vita; Nemo venit
ad patrem. nisi per me; Si cognovissetis me. et patrem
meum utique cognovissetis; Et amodo cognosce
tis eum. et vidistis eum; Dicit ei philippus; Domine. os
tende nobis patrem. et sufficit nobis; Dicit ei ihesus.
Tanto tempore vobiscum sum. et non cognovistis me. Phi
lippe. qui videt me. videt et patrem; Quomodo
tu dicis ostende nobis patrem. Non credis quia
ego in patre. et pater in me est. Verba que ego lo
quor vobis. a me ipso non loquor; Pater autem in me
manens. ipse facit opera; Non creditis quia ego
in patre. et pater in me est. Alioquin. propter ope
ra ipsa credite; Amen amen dico vobis. qui credit
in me opera que ego facio. et ipse faciet. et ma
iora horum faciet. quia ego ad patrem vado;

xviii Et quodcūq; petieritis in nomine meo. hoc facia
xvi ut glorificetur pat̄ in filio. si quid pecieritis
xv me in nomine meo hoc faciam; Si diligitis
me. mandata mea seruate. et ego rogabo patrē
et aliū paraclitū dabit uobis. ut maneat uobis
cū in æternū spm̄ ueritatis quē mundus n̄ po
test accipere. quia n̄ uidit eū nec scit eū; Vos
autē cognoscetis eum. quia apud uos manebit.
et in uobis erit; Non relinquā uos orphanos.
ueniam ad uos; Adhuc modicū. et mundus
me iā non uidet; Vos autē uidetis me. quia ego
uiuo. et uos uiuetis; In illo die. uos cognoscetis
quia ego sū in patre meo. et uos in me. et ego in
uobis; Qui habet mandata mea. et seruet
ea. ille est qui diligit me;
xxviiii Qui autē diligit me. diligitur a patre meo; Et
xviii ego diligam eū. et manifestabo ei meipsum;
xvi
xvi Dicit ei iudas. n̄ ille scariothes dn̄e qd̄ factū est
xxx quia nob̄ manifestaturus es te ipsū. et n̄ mundo.
x
Respondit ihs̄ et dixit ei;
xxx Si quis diligit me. sermonē meū seruabit; Et pa
ter meus diliget eū. et ad eum ueniemus. et

mansionē apud eū faciemus; Qui nō diligit me.
sermones meos nō seruat;
I cxxxi Et sermonē quē audistis nō est meus. sed eius qui mi
M xcviii sit me patris; Haec locutus sū uob. apud uos manens.
M xcvi L cxvi Paraclitus autē sps scs quē mittet patr in nomine meo. il
I cxxxii x le uos docebit omīa. et suggeret uob omīa quęcūq;
dixero uobis; Pacē relinquo uobis. pacē meā do uob;
Non quomodo mundus dat. ego do uobis; Non tur
betur cor urm. neq; formidet; Audistis quia ego
dixi uobis. uado et uenio ad uos; Si diligeretis me.
gauderetis utiq; quia uado ad patrē. quia pater ma
ior me est; Et nunc dixi uobis priusquā fiat. ut cū
factū fuerit credatis; Iā non multa. loquar uobis
cum; Venit enī princeps mundi huius. et in me nō
habet quicquā; Sed ut cognoscat mundus. quia
diligo patrem; Et sicut mandatū dedit mihi patr.
sic facio. Surgite eamus hinc; Caplm. xv.
xii Ego sū uitis uera. et patr meus agricola est; Omnē
palmitē in me nō ferentē fructū. tollet eum; Et om
nē qui fert fructū. tollet eum. ut fructū plus ad
ferat; Iā uos mundi estis. ppt sermonē quē locutus
sū uobis; Manete in me. et ego in uobis; Sicut pal

mes n̄ potest ferre fructū a semetipso nisi manse
rit in uite. sic nec uos nisi in me manseritis; Ego
sū uitis. uos palmites; Qui manet in me et ego in
eo. hic fert fructū multū. quia sine me nihil po
testis facere; Et si quis in me n̄ manserit. mittet
foras sicut palmes et arescet. et colligent eū. et
in ignē mittent. et ardet;
Si manseritis in me. et uerba mea in uobis manserint.
q̄dcūq; uolueritis petetis. et fiet uobis;
In hoc clarificatus est pat̄ meus. ut fructū plurimū
afferatis. et efficiamini mei discipuli; Sicut dilex
it me pat̄. et ego dilexi uos. manete in dilectione
mea; Si p̄cepta mea seruaueritis. manebitis in di
lectione mea. sicut et ego patris mei p̄cepta serua
ui. et maneo in eius dilectione; Hęc locutus sū uo
bis. ut gaudiū meū in uobis sit. et gaudium urm̄
impleatur; Hoc est p̄ceptū meū ut diligatis in
uicem. sicut dilexi uos;
Maiorē hac dilectionē nemo habet. ut animam
suam quis ponat pro amicis suis.
Uos amici mei estis. si feceritis quę ego p̄cipio uob;
Iam n̄ dicam uos seruos. quia seruus nescit quid

faciat dñs eius; Vos autē dixi amicos. quia om̄a
quecūq; audiui a patre meo· nota feci uobis;
Non uos me elegistis sed ego elegi uos· et posui uos.
ut eatis et fructū afferatis· et fructus ur̄ maneat;
I cxxxvii II ccxvi III cxxv Et qđcūq; petieritis patrē in nomine meo. det uob
I cxxxviii Haec mando uob· ut diligatis inuicē; Si mundus
uos odit. scitote quia me priorē uobis odio ha
buit; Si de mundo fuissetis· mundus qđ suū erat
diligeret; Quia uero de mundo ñ estis. sed ego
elegi uos de mundo, ꝓpterea odit uos mundus:
I cxxxviiii II xc I lviii Mementote sermones mei quę ego dixi uobis. non
est seruus maior dño suo;
I cxl Si me psecuti sunt. et uos psequentur; Si sermonē me
um seruauerunt. et ur̄m seruabunt; Sed hęc fa
cient uobis. propter nomen meum·
I cxli II ccxliiii III cxxxviiii Quia nesciunt eum qui misit me
I ccl I cxlii II cxii I cxviiii Si ñ uenissem· et locutus fuissem eis peccatū non
haberent: Nunc autē. excusationem ñ habent
de peccato suo;
I cxliii I cxliiii II xcviii IV xcvi Qui me odit. et patrem meum odit;
Si opera ñ fecissem in eis que nemo alius fecit· pec
I cxlv catū non haberent; Nunc autē. et uiderunt

et oderunt. et me et patrē meū; Sed ut impleatur
sermo qui in lege eorū scriptꝰ est. quia odio habu
erunt me gratis; Cum autē uenerit paraclitus
quē ego mittā uobis a patre spm̄ ueritatis qui a
patre ꝓcedit. ille testimoniū ꝑhibebit de me;
Et uos testimoniū ꝑhibetis. quia ab initio me
cū estis; Hęc locutus sū uobis. ut n̄ scandalizemi — Caplm. xvi.
ni. absq; synagogis facient uos;
Sed uenit hora. ut omnis qui int̄ficit uos arbitre
tur obsequiū se p̄stare dō; Et hęc facient uobis.
quia n̄ nouerit patrē neque me; Sed hęc locutus
sū uobis. ut cū uenerit hora eorum reminisca
mini. quia ego dixi uobis;
Haec autē uobis ab initio n̄ dixi. quia uobiscū e
ram. at nunc. uado ad eum qui me misit. et ne
mo ex uobis interrogat me quo uadis; Sed quia hęc
locutus sū uobis. tristitia impleuit cor urm̄;
Sed ego ueritatē dico uobis. expedit uobis ut ego
uadam; Si enī non abiero. paraclitus n̄ ueniet
ad uos; Si autē abiero. mittā eū ad uos; Et cū ue
nerit. ille arguet mundū de peccato. et de
iustitia. et de iudicio; De peccato quidem

quia non crediderunt in me; De iustitia uero. quia
ad patrem uado. et iam non uidebitis me; De iudicio
autem quia princeps mundi huius. iudicatus est;
Adhuc multa habeo uobis dicere. sed non potestis ser-
uare modo; Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis. do-
cebit uos omnem ueritatem; Non enim loquetur a
semetipso. sed quaecumque audiet loquetur. et quae
uentura sunt adnuntiabit uobis; Ille me cla-
l° cxlviii rificabit. quia de meo accipiet et adnuntiabit
l cxlviiii uobis. Omnia quaecumque habet pater mea sunt.
l° cxlviiii ropterea dixi quia de meo accipiet. et adnun-
tiabit uobis; Modicum et iam non uidebitis me. et ite-
rum modicum et uidebitis me quia uado ad patrem;
Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem; Quid est hoc
quod dicit nobis. modicum et non uidebitis me et iterum
modicum et uidebitis me. et quia uado ad patrem.
Dicebant ergo; Quid est hoc quod dicit modicum. Nes-
cimus quid loquitur; Cognouit autem ihesus quia uo-
lebant eum interrogare. et dixit eis; De hoc quaeri-
tis inter uos quia dixi modicum. et non uidebitis me
et iterum modicum et uidebitis me. Amen amen dico
uobis. quia plorabitis et flebitis uos. mundus

mundus autem gaudebit; Vos autem contristabimini. sed
tristitia uestra uertetur in gaudium; Mulier cum
parit tristitiam habet. quia uenit hora eius; Cum
autem pepererit puerum. iam non meminit pressurę
propter gaudium. quia natus est homo in mundum
Et uos igitur. nunc quidem tristitiam habetis; Ite
rum autem uidebo uos. et gaudebit cor uestrum; Et gau
dium uestrum. nemo tollet a uobis; Et in illo die non
interrogabitis quicquam

Amen amen dico uobis. si quid pecieritis patrem in nomine
meo. dabit uobis; Usque modo non petistis quic
quam in nomine meo; Petite et accipietis. ut gau
dium uestrum sit plenum

Hęc in prouerbiis locutus sum uobis; Venit hora. cum iam
non in prouerbiis loquar uobis. sed palam de patre adnun
tiabo uobis; Illo die in nomine meo petetis; Et non dico
uobis. quia ego rogabo patrem de uobis; Ipse enim pater
amat uos. quia uos me amastis. et credidistis quia
ego a deo exiui; Exiui a patre et ueni in mundum. iterum
relinquo mundum. et uado ad patrem; Dicunt ei discipuli
eius; Ecce nunc palam loqueris. et prouerbium nullum dicis
Nunc scimus quia scis omnia. et non opus est tibi ut quis te

I clii interroget; In hoc credimus quia a dō existi;
Om cclxxxvii / m clxviii Respondit eis ihs· Modo creditis; ecce uenit hora· et iā
uenit ut dispergamini unusquisq; in ppria· et me
solū relinquatis· et nō sum solus quia pat̄ mecū est;
I cliii Hęc locutus sū uobis· ut in me pacē habeatis· in mundo
p̄ssurā habebitis· sed confidite ego uici mundū·

Cap. xvii. Hęc locutus est ihs· Et subleuatis oculis in cęlū. dix;
Pat̄· uenit hora clarifica filiū tuū. ut filius tuus
clarificet te; Sicut dedisti ei potestatē omīs car
nis· ut omne qđ dedisti ei· det eis uitā ęternam;
Hęc est aut̄ uita ęterna· ut cognoscant te solū ue
rū dm̄. et quē misisti ihm̄ xpm̄; Ego te clarifica
ui sup terrā. opus consūmaui· qđ dedisti mihi ut
faciam; Et nunc clarifica tu me pater· apud temet
ipsū. claritate quā habui priusquā mundus
eēt apud te; Manifestaui nom̄ tuū hominib;
quos dedisti mihi de mundo; Tui erant. et mihi
eos dedisti. et sermonē tuū seruauerunt; Nunc
cognouerunt quia omā quę dedisti mihi abs te
sunt· quia uerba quę dedisti mihi dedi eis; Et
ipsi acceperunt· et cognouerunt uere· quia
a te exiui. et crediderunt quia tu me misisti

Ego p eis rogo. n̄ p mundo rogo. sed p his quos dedisti
mihi. quia tui sunt; Et mea omĩa tua sunt. et tua me
a sunt. Et clarificatus sũ in eis; Et iam n̄ sunt in mun
do. et hi in mundo sunt. et ego ad te uenio; Pat scē.
serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. ut sint
unũ sicut et nos; Cũ essem cũ eis. ego seruabã eos in
nomine tuo; quos dedisti mihi hos custodiui. et
nemo ex his periit nisi filius pditionis. ut scriptura
impleatur; Nunc autẽ ad te uenio. et hec loquor
in mundo. ut habeant gaudiũ meũ impletũ in
semetipsis; Ego dedi eis sermonẽ tuũ. et mundus
odio eos habuit. quia n̄ sunt de mundo. sicut et
ego n̄ sũ de mundo; Non rogo ut tollas eos de mun
do. sed ut serues eos ex malo; De mundo n̄ sunt.
sicut et ego n̄ sum de mundo; Scifica eos in ueri
tate; Sermo tuus ueritas est; Sicut tu me misisti
in mundũ. et ego misi eos in mundũ; Et p eis ego scifi
co me ipsũ. ut sint et ipsi scificati in ueritate;
on p eis autẽ rogo tantũ. sed et p eis qui credituri
sunt p uerbũ eorũ in me. ut omñs unũ sint. sicut
tu pat in me et ego in te. ut et ipsi in nobis unũ
sint. ut mundus credat. quia tu me misisti;

Et ego claritatē quā dedisti mihi dedi eis. ut sint
unū· sicut et nos unū sumus; Ego in eis et tu in me.
ut sint consummati in unū; & ut cognoscat mun
dus quia tu me misisti. et dilexi eos sicut et me di
lexisti; Pat̄. quos dedisti mihi· uolo ut ubi ego sum·
et illi sint mecū. ut uideant claritatē meam quā
dilexisti me ante constitutionē mundi·

cliiii ō xii L cxviii Pat̄ iuste. et mundus te n̄ cognouit. ego autē te cognoui;
clv ~ Et hi cognouerū̄t quia tu me misisti. et notū feci eis no
mē tuū. et notū faciam· ut dilectio quā dilexisti me
in ipsis sit. et ego in ipsis; **Caplm. xviii·**

clvi ō ccxc ō clxxii L cclxxviiii Haec cū dixisset ih̄s· egressus est cū discipulis suis trans
torrentē cedron· ubi erat hortus. in quē introiuit
ipse et discipuli eius;

clvii ~ Sciebat autē et iudas qui tradebat eū locū· quia frequen
ter ih̄s conuenerat illuc cum discipulis suis;

clviii ō ccc ō clxxxi L cclxxv Iudas ergo cū accepisset cohortē et a pontificib;
et pharisaeis ministros. uenit illuc cū laternis et faci
bus et armis;

clviiii ~ Ih̄s itaq; sciens omā quę uentura erant super eū. pcessit et
dicit eis; Quē quęritis? Responderū̄t et dixerunt ei;
Ih̄m nazarenū; Dicit eis ih̄s; Ego sū; Stabat autē et

iudas qui tradebat eū cū ipsis; Ut ergo dixit eis; Ego sū. abierṫ
retrorsū. et ceciderṫ in terrā; Iterū ergo eos interrogauit
Quē quęritis; Illi autē dixerṫ; Ihm nazarenū; Respon
dit ihs; Ego sū; Si ergo me quęritis. sinite hos abire; Ut im
pleretur sermo quē dixit. quia quos dedisti mihi non
perdidi ex eis quemquam;

Symon ergo petrus habens gladiū eduxit eū. et percus
sit pontificis seruum. et abscidit eius auriculā dex
tram; Erat autē nomen seruo malchus;

Dixit ergo ihs petro; Mitte gladiū in uaginā; Calicē
quē dedit mihi pater. non bibam illud?

Chohors ergo et tribunus. et ministri iudęorū. compre
henderunt ihm. et ligauerunt eum;

Et adduxerṫ eū ad annan primū; Erat autē socer caiphę.
qui erat pontifex anni illius; Erat autē qui consilium
dederat iudęis. quia expedit unū hominē mori p populo

Sequebatur autē ihm symon petrus et alius discipulus.

Discipulus autē ille erat notus pontifici. et introiuit cū
ihu in atrium pontificis;

Petrus autē. stabat ad ostium foris;

Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici.
et dixit hostiarię. et intro duxit petrum.

I clxviii / Mt cccxiiii / Mc cxcv / L cxci — Dicit ergo petro ancilla hostiaria; Numquid et tu ex
discipulis es hominis istius? Dicit ille; Non sum.
I clxviiii — Stabant autem servi et ministri ad prunas quia frigus
erat. et calefiebant; Erat autem cum eis petrus. stans et
et calefaciens se; Pontifex ergo interrogabat ihesum de
discipulis suis. et de doctrina eius; Respondit ei
ihesus; Ego palam locutus sum mundo. ego semper docui in sy
nagoga et in templo quo omnes iudei conveniunt. et in
occulto locutus sum nihil;
I clxxi — Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt. quid
locutus sim ipsis; Ecce hi sciunt. que dixerim ego;
I clxxii / Mt cccxiii / Mc cxciiii / L ccxciiii — Hec autem cum dixisset. unus assistens ministrorum. de
dit alapam ihesu dicens; Sic respondes pontifici?
I clxxiii — Respondit ei ihesus; Si male locutus sum. testimonium
perhibe de malo; Si autem bene. quid me cedis?
I clxxiiii / Mt cccxii / Mc clxxxviii / L ccxc — Et misit eum annas ligatum. ad caipham pontificem.
I clxxv / Mt cccxv / Mc cxcvi / L ccxcii — Erat autem symon petrus. stans et calefaciens se; Dixerunt
ergo ei; Numquid et tu ex discipulis es eius? Negavit ille
et dixit; Non sum; Dicit unus ex servis pontificis.
cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam; Non
ne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negavit
petrus. et statim gallus cantavit;

Adducunt ergo ihm ad caipham in pretorium. erat autem mane:
Et ipsi non introierunt in pretorium ut non contaminarentur. sed
manducarent pascha; Exiuit ergo pilatus ad eos foras.
et dixit eis; Quam accusationem defertis aduersus homi
nem hunc? Responderunt et dixerunt ei; Si non esset hic
malefactor. non tibi tradidissemus eum; Dixit ergo
eis pilatus; Accipite eum uos. et secundum legem uestram iudi
cate; Dixerunt ergo ei iudei; Nobis non licet inter
ficere quemquam; ut sermo ihu impleretur quem
dixit. significans qua esset morte moriturus.
Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus. et uoca
uit ihm et dixit ei; Tu es rex iudeorum? Et respon
dit ihs; A temetipso hoc dicis. an alii tibi dixerunt de me?
Respondit pilatus; Numquid ego iudeus sum? gens tua
et pontifices. tradiderunt te mihi; Quid fecisti?
Respondit ihs; Regnum meum. non est de hoc mun
do; Si ex hoc mundo esset regnum meum. ministri
mei utique decertarent. ut non traderer iudeis;
Nunc autem regnum meum non est hinc;
Dixit itaque ei pilatus; Ergo rex es tu? Respondit
ihs; Tu dicis. quia rex sum ego;
Ego in hoc natus sum. et ad hoc ueni in mundum ut

teſtimonium phibeam ueritati; Omis qui eſt ex
ueritate. audit meā uocē; Dicit ei pilatus; Quid eſt
ueritas? Et cū hoc dixiſſet. iterū exiuit ad iudaeos;
I cl lxxxii I ccc vii Et dicit eis; Ego nullā inuenio in eo cauſam.
I clxxxiii Est autē conſuetudo. ut unū dimittā uobis in paſcha;
II cccxxiii III ccc iii uultis ergo dimittā uobis regem iudeorum?
I clxxxiiii II cccxxv III cc iiii Clamauerūt rurſum omīs dicentes; Non hunc. ſed
I ccc x barraban; Erat autē barrabas latro; Capm̄. xix.
I clxxxv II cccxxviiii Tunc ergo adphendit pilatus ihm̄ et flagellauit. et
III cc vii milites plectentes coronā de ſpinis. inpoſuerūt capiti
eius; Et ueſte purpurea circūdederunt eum. et ue
niebant ad eū et dicebant; Aue rex iudeorum; et dabant ei alapas;
I clxxxvi I ccc iii Exiit iterū pilatus foras. et dicit eis; Ecce adduco eū
X ccc vii uobis foras. ut cognoſcatis qā in eo nullā cauſā inuenio.
I clxxxvii II cccxxviii Exiit ergo ihs portans ſpineam coronā. et purpure
III cc viii um ueſtimentū. et dicit eis; Ecce homo;
I clxxxviii II cccxxxvii Cum ergo uidiſſent eū pontifices et miniſtri. clama
III cc. v I ccc xi bant dicentes; Crucifige. crucifige. eum;
I clxxxviiii Dicit eis pilatus. Accipite eū uos. et crucifigite.
I cxc I ccc vii Ego enī non inuenio in eo cauſam;
I ccc xii Reſponderūt ei iudei; Nos legē habemus. et ſecun
I cxci dū legem debet mori. quia filiū dī ſe fecit.

C um ergo audisset pilatus hunc sermonē. magisti
muit; Et ingressus est ꝑtoriū iterū. et dicit ad ihm;
Unde es tu? Ihs autē. responsū non dedit ei;
D icit ergo ei pilatus; Mihi n̄ loqueris? Nescis quia
potestatē habeo crucifigere te. et potestatē habeo
dimittere te? Respondit ihs; Non haberes potesta
tem aduersum me ullam. nisi tibi eēt datū desu
per; Propterea qui tradidit me tibi. maius pecca
tū habet; Exinde querebat pilatus dimittere eū;
Iudei autē. clamabant dicentes; Si hunc dimit
tis. non es amicus caesaris; Omnis qui se regē facit.
contra dicit cęsari; Pilatus autē cū audisset hos ser
mones. adduxit foras ihm. et sedit ꝓ tribunali in
loco qui dicitur lithostratus. hebraice autē gab
batha; Erat autē parasceue paschę. hora quasi sex
ta; Et dicit iudeis; Ecce rex uester;
I lli autē clamabant; Tolle tolle. crucifige eum.
D icit eis pilatus; Regē urm̄ crucifigā? Responderunt
pontifices; Non habemus regem nisi caesarem;
T unc ergo tradidit eis illū. ut crucifigeretur.
S usceper̄t autē ihm et eduxer̄t. et baiulans sibi crucē
exiuit in eū qui dicit̄ caluarię locū hebraice gol

Io cxcviii
Mt cccxxxvi
Mr ccxv
Lc cccxxiiii gotha. ibi eum crucifixerunt.
Et cū eo alios duos hinc et inde. medium aūt ihm.

Io cxcviiii
Mt cccxxxv
Mr ccxiiii
Lc cccxxiiii Scripsit aūt et titulū pilatus. et posuit super crucē;
Erat aūt scriptū. ihs nazarenus rex iudeorum
Io cc Tunc ergo titulū multi legerūt iudeorū. quia prope
ciuitatē erat locus. ubi crucifixus est ihs; Et erat
scriptū hebraice grece et latine; Dicebant ergo
pilato pontifices iudeorū; Noli scribere rex iu
deorū. sed quia ipse dixit rex sū iudeorū; Respon
dit pilatus; Quod scripsi scripsi;

Io cci
Mt cccxxxiiii
Mr ccxi
